

Med. F. Ann. 2857

doc. 2777

1931

DE

PASSIONIS ILIACAE PATHOLOGIA,

TABULIS AENEIS ILLUSTRATA.

CONSENSU FACULTATIS MEDICAE
ILLISTRIS ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
DISSERTATIONEM HANC INAUGURALEM
PRO GRADU MEDICINAE DOCTORIS
DIE XVIII JUNII MDCCXCI.

PUBLICO EXAMINI OFFERT

A U C T O R

D A V I D R A H N,

HELVETO - TURICENSIS.

MEMER. SOC. MED. ET CHIR. PER HELVET. CORRESPOND.

H A L A E,

L I T T E R I S T R A M P I A N I S



V I R I S

CELEBERRIMIS, DOCTISSIMIS, EXPERIENTISSIMIS

IOHANNI HENRICO RAHN,

M. D. PHYS. ET MATHE. PROF. ORD.

CANONICO COLLEGII CAROLINI TURICENSIS,

FRAES. SOC. MED. ET CHIRURG. PER HELVET. CORRESP.

21 ETTI V

PHILIPPO FRIDERICO MECKEL,

M. D. ET PROF. PUBL. ORDIN. IN ACAD. FRIDER.

INSTIT. REG. CLIN. CHIRURG. DIRECT.

CIRCUL. SALIC. ET COMITAT. MANSFELD.

PHYSICO,

IN SUMMAE PIETATIS SIGNUM

PRO TOT TANTISQUE IN SE COLLATIS BENEFICIIS

HAS STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

D. D. D.

A U C T O R.

DE I L E O.

Caput I.

Praemissa quaedam anatomica.

Conscripturus de Ieo dissertationem, haud abs re erit, si paucis praemittam intestinorum descriptionem anatomicam.

Intestina vocamus canalem illum cylindricum, in abdomine situm, variis anfractibus notabilem, qui a pyloro ortus ad ani orificium usque tendit. Dividuntur intestina in tenua & crassa: utraque ex quatuor consistunt tunicis sc. externa, musculari, nervosa & villosa. Arterias accipiunt ab arteria coeliaca, mesenterica superiori & inferiori, ac hypogastrica, quibus sanguis magna copia ad intestina dicitur, quaeque plurima vasa exhalantia formant. Venae quibus sanguis revehitur, sunt vena mesenterica magna, haemorrhoidalis interna, gastro-duodenalis, quae omnem ex intestinis in venae portarum truncum sanguinem revehunt: minima ex parte terminantur imi recti venas in truncum hypogastricæ. Omnibus his arteriis venisque præ reliquis in corpore humano frequenter anastomoses sunt. Plurimis quoque gaudent vasis lymphaticis, quae majori copia in tenuibus quam in crassis intestinis adsunt, ac vulgo vasa chylifera dicuntur. Nervis quoque quamplurimis sunt instructa, qui prodeunt ex utroque ganglio semilunari, & ex plexu sic diæto mesocolico & hypogastrico; nec non ab ischiadicô.

Tenuia intestina rursus dividuntur in duodenum, jejunum & ileum: crassa vero in cæcum cum appendicula vermiciformi, in colon & rectum. Ulterior harum partium descriptio extra dissertationis meæ limites est, excepta sola Bauhini valvula, quæ multorum de Ieo litorum causa, uti infra ostendam, præcipue meam meretur attentionem. Haec jam dicta valvula apparet in transitu ilei in colon, (qui fit in regione iliaca dextra), ejusque magis posteriori pariete quam anteriori, magis a sinistra quam dextra sede. Ea est ex Illustr. Halleri^{a)} descriptio valida eminentia, mollis, transversa, longe elliptica, quam credas ex ipsis duplicitis coli membranis fieri: ad sinistra rotundo magis sine terminatur, dum ad dextra in longam caudam educitur: tanta transversa hoc jugum dicitur

a) Elementa physiologie corporis humani, T. VII. p. 123.

vidit, per quam quae in intestino ileo sunt, in crassia viam angustam habent, molliissima eum sint: osculum sibi commissum in ellipsis mutatur, & intus in plicas collabitur. Haec valvula sit ab utroque coniuncto intestino, ut tunica villosa, nervea & musculosa intestini ilei producta emineat in colon, & ex ipsa valvulae acie replicata in villosam, nerveam & musculosam coli abeat.

Quod valvulae hujus utilitatem attinet, sine dubio ea impedit, quo minus, quae jam ex ileo in crassia abierunt, in tenuia intestina redeant. Haud equidem ignoro, claros fuisse viros, qui hunc usum negarunt, ad quos pertinet *Fabricius ab Aquapendente*, *Riolanus*, *Kerkring* aliique, nixi experimentis, quibus aer vel aqua, crassis intestinis immissa, transferunt in tenuia, valvula haud laesa. At contra hos testantur *experimenti Clar. Halleri* b), *Morgagni* c), aliorumque multorum, qui, ni omnibus in casibus, certe in plerisque plane contrarium eventum viderunt. Praeceptor quoque meus nunquam sati colendus Clariss. *Meckel*, saepius hoc experimento in cadaveribus instituto, nunquam aerem aut aquam ex crassis in tenuia intestina transgredi obseruavit, si valvula sana fuit. Iniquum vero esset, viris illis claris, qui contraria affirmant, omnem fidem negare, quamvis inde minime concludi potest, in homine sano vivoque hunc regressum locum habere. Nam praeter experimenta jam adducta huic obstat laxitas omnium solidorum adeoque etiam hujus valvulae major post mortem, quam in homine vivo, quae facit ut ea faciliter vi cedant. Praeterea succendentia per ileum contenta regressui huic obstant, valvulamque actione sua levant. —

C a p u t I I.

Definitio Ilei, ejusque distinctio ab aliis ei similibus morbis.

§. I.

Ileus, Chordapsus, Miserere mei, Volvulus, Convolvulus multis autoribus synonyma sunt. Aliis vero v. gr. Volvulus est intus suscepito intestinorum, quae saepius Ilei causa est. Diutius vero horum nominum recensioni ac refutationi immorari, haud iubet, cum ea & minoris momenti esse videtur, saepiusque jam ab aliis viris doctissimis est instituta d).

Ileus est secundum omnes fere auctores atrox circa umbilicum dolorum cum alvi obstruktione pertinaci ac vomitu initio materiae ventriculo contentae, postea biliosae, tandemque faculentiae. Ita hunc morbum definit *Clar. Sauvages* e), *Sagar* f), *Vogel* g) aliique.

§. 2.

b) l. c.

c) Adversaria III. N. 9-13.

d) *Halleri Disputat. ad morborum historiam & curacionem facientes* Tom. III. pag. 350 &c.
van Swieten Commentar. Tom. III. p. 164 seqq.

e) *Nosologie methodique.* Paris 1771. Tom. III.

p. 103.

f) *Gellens Kurzer Innbegriß der medicinischen Nosologie.* Leipzig 1786. Tom. II. p. 218.

g) l. c. p. 145.

Num vero Ileus sit morbus proprius, an summus colicae gradus, an tantum enteritidis symptoma, de hoc differunt autores. Clar. Cullen^{h)}, cum a colica gradu tantum, minime vero natura diserepare ait. Clar. Vogel ejusdem sententiae esse videtur: dicit enim in definitionibus generum morborum: „Colica est dolor spasticus intestinorum cum obstipatione, nausea & vomitu.“ Et paulo post: „Ileus est colica acuta vomitu de numerum excrementorum“. Quivis has duas definitiones inter se comparans videt, alterum morbum nil nisi vehementiorem prioris gradum esse. Nullus vero negare poterit, hanc colicae definitionem falsam esse: nam neque alvi obstipatio neque vomitus symptoma colicae essentialia sunt, sed saepe desunt, ut quotidianata testatur experientia. — — — Ab ista Cullenii parte Clar. Selleⁱ⁾ quoque stat:

Alli vero praesertim veteres autores colicam & Ileum ita distinguunt, ut illa sedem habeat in crassis, hic vero in tenuibus intestinis. Huic distinctioni Clariss. Sauvages^{k)} haud iniquus esse videtur. Clariss. Morgagni^{l)} quamvis eam non prorsus rejicit, satis luculentem tamen demonstrat, quam difficile ac saepe vix possibile sit, dato casu diagnosecere, utrum causa in crassis, an in tenuibus situ sit intestinis? Clariss. vero Selle^{m)} cum plerisque recentioris aevi medicis hanc distinctionem prorsus rejicit, & quidem, ut mihi videtur, jure merito. Nam ne quid dicam de magna discriminis hujus dignoscendi difficultate, quae praesertim ex diverso intestinorum in variis hominibus situ reddit, sectio-nes cadaverum, ut infra dicetur, satis docent, Ileum e crassorum aequo ac tenuium intestinorum vitio oriri posse, quod idem quoque valet de colicis doloribus.

An igitur Ileus & colica idem morbus est? Mihi non videtur, testesque hujus opinionis laudo Clariss. Sauvagesⁿ⁾ & Sagar^{o)}. Uterum horum virorum in Nosologia duos hos morbos distinguit: Ileum enim in Classe fluxum enumerant, colicam vero sub doloribus: quod mihi satis declarare videtur, ex horum virorum sententia in Ileo obstructionem alvinam & vomitum praecipua esse symptomata, quae quidem dolor intestinalium semper comitantur, at potius ut priorum symptomatum effectus; cum contra dolores intestinalium in colica unicum symptoma characteristicum efficiunt. Huic accedit, quod dentur summi dolores colici sine Ileo, quod mihi ipsi videre contigit in colica verminosa: hoc vero vix fieret, si duo hi morbi gradu tantum differrent. Praeterea quo pertinacior in Ileo est alvi obstruacio & vomitus, eo maiores plerumque sunt dolores, quod ostendere mihi videtur, hos magna certe ex parte pendere ab illis; nec cuiquam hoc difficile erit intellectu,

Quae

h) I. c. T. I. p. 313.

i) Medicina clinica. Edit. IV. p. 474.

k) I. c. T. II. p. 510.

l) De sedibus & causis morborum. Edit. Veneziana 1761. T. II. p. 44.

m) I. c. I. c. o) I. c. o) I. c.

Quae huicunque dixi, nullo modo me impediunt, quo minus facile concedam, colicam saepe in Ileum mutari posse: plures enim dantur caussae, quae minori gradu si adsunt, colicam producunt, majori vero Ileum; v.gr. inflammatio, calculi intestinorum.

§. 3.

Multo facilior est Ilei distinctio ab aliis quibusdam morbis quodammodo similibus: Sic veteris aevi medicis Ileus fuit synonymum cum enterite, siquidem putarunt eum semper cum intestinorum inflammatione esse conjunctum. At quamvis verum est, eum facillime in hanc transire, experientia tamen testatur, eum saepe sine omni intestinalum inflammatione adesse, e.gr. Ileum stercoraceum &c.

Magna quoque similitudo est Ileum inter & vomitum habitualem: satis tamen differunt hi morbi. In vomitu enim habituali nulla per os ejicitur materies stercoracea, dolores circa umbilicum desunt, uti ipse haud longo ante tempore vidi in foemina hoc morbo laborante: alvus non adeo pertinaciter obstructa, uti in Ileo: saepe fit, ut binis certe diebus alvus dejiciatur, v.gr. in vomitu habituali hysteriarum.

Alius morbus, qui cum Ileo aliquam habet similitudinem, est cholera: in utroque enim morbo adeo vehemens vomitus: at in cholera vomiti vehemens diarrhoea biliosa accedit, qua facile ab Ileo discernitur.

Difficilior interdum erit in praxi distinctio nephritidis ab Ileo. Illa enim ad maiorem gradum evecta saepe cum Ilei symptomatibus conjuncta est: dignoscitur autem a vero Ileo, quod incipiens nephritis raro Ilei symptomata habeat, sed ea demum, morbo aucto, succedant: in ea dolor magis in renum regione est; eam comitatur mingendi difficultas: alvus non adeo pertinaciter clausa est, uti in Ileo, sed facilius clysmatibus cedit P).

Caput III.

Decursus ac divisio morbi.

§. 1.

Jam definitione Ilei data, differentiisque inter eum aliasque morbos adductis, ad ejus decursum progrediar. Ileo a chronica causa orto initio alvus dura, tarda est, indies magis obstruitur, donec penitus sit constipata, ita ut ne flatus quidem per annum ejiciantur: citius aut serius accedunt vehementes abdominis dolores, paulatim aucti, qui initio plerumque vagi postea fixi in regione umbilicali & hypogastrica haerent, donec morbo ad summum gradum evecto totum daret abdomen. His conjugiturn nautes, vomitus itio & vomitus contentorum primus ventriculi, postea materiae biliosae, foetidae, tandemque excrementariae, quae utrum e tenuibus, an e crassis redeat intestinalis, mox

dis-

p) van Swieten Commentar. T. III. p. 224.

disquirendum erit. In hoc rerum statu maxime timendum est, ne intestinorum inflammatio oriatur, neve jam praesens abeat in gangraenam. Quamquam enim falsum est, Ileum semper ex inflammatione intestinorum oriri, nemo tamen artis medicæ gnarus negabit, eum saepissime, nisi medicus summam curam ac diligentiam adhibeat, in inflammationem, ac gangraenam, quae plerumque mortis causa est ⁹⁾, transire.

His symptomatis fere characteristica alia accedunt diverso tempore, qualia sunt sonnus inquietus, saepe nullus propter dirissimos dolores, respiratio saepe anxia, brevis; si inflammatio oritur, ardor vehementis internus, sitis magna, pulsus parvus, saepe durus, spasticus, frequens: interdum mingendi difficultas ex consensu. Tandem, si morbus morte finitur, accedunt animi deliquia, convulsiones, singultus, tendinum subsultus, summa debilitas, pulsus celer, frequens, parvus, debilis, sudores frigidi, pallor faciei, extremitatum frigus; plerumque dolores remittunt in hoc statu & penitus desinunt, at non semper, uti infra in capite de prognosi dicam; saepe alvus laxa fit, faeces dejiciuntur nigrae, putridae; omnia adiungunt gangraenae internae symptomata, ac tandem mors aegrum et miserrimo hoc statu liberat. Si vero morbi exitus melior erit, parvum intestinorum murmur oritur, quo cum dolores caeteraque symptomata sensim decrescent ¹⁰⁾.

At haec enumerata symptomata non semper omnia adiungunt, nec eodem, sed diverso tempore alterum alteri succedit. Pertinax vero alvi obsipatio, dolores abdominalis vehementes & vomitus in Ileo vero ac perfecto numquam abesse possunt.

Duo priora symptomata nulli subjecta sunt difficultati, ultimum vero magnas interclarissimos in medicina viros nites movit, quas nunc disquiram.

§. 2.

Prima lis fuit de causa vomitus qualiscunque, praesertim vero faeculentii in Ileo; Nullus expectet, me longum fore in hac disquisitione, quippe qua prohibebo aliis rebus magis ad meam dissertationem pertinentibus. Nihil faciam, quam *Haguenot* & *Clar. Herzii* sententias historice tantum adducere, addita *Halleri* opinione, quae mihi maxime probabilis videtur.

Clariss. *Herz* ¹¹⁾ vomitus explicat ex actionis muscularium ventriculi fibrarum circularium ac longitudinalium aequilibrio sublatto, cui accedit muscularum abdominalium ac diaphragmatis actio, quae ab illo aequilibrio sublatto dependet.

Clariss. *Haguenot* ¹²⁾ antiperistalticum intestinorum motum negat contendens causam vomitus in Ileo quaerendam esse in obice faecibus ad anum tendentibus positio, in reple-

9) *Morgagni* l. c. Epist. XXXV. n. 16-18.
10) *Gallecky* Abhandlung vom Misérere, oder von der Darmnicht. Riga 1767. §. 63.
11) Briefe an Aerzte, II. Sammlung, p. 21-45.

12) Diff. medica *Bagerdi* an vomitus faeculentus in poftione iliaca ab antiperistaltico intestinorum motu? Praef. *Haguenot*. Quae inferta est *Halleri* Different. anatom. T. I. No. 18. p. 483-552.

repletione intestinorum supra hoc impedimentum, in actione diaphragmatis & musculorum abdominis, tandemque praesertim in ea lege physica, qua fluida mota eum locum petunt, ubi minima est resistentia, quam in casu dato in superioribus intestinis, ac ventriculo ponit. Hanc vero sententiam jamdudum optime refutavit Clar. *Morgagni*^u), quem, qui plura fecire velit, aeat.

Mihi causae vomitus in genere, ideoque etiam iliaci cum Clariss. *Morgagni* atque *Halleri* videntur esse:

a) Motus ventriculi atque intestinorum inversus. Peristalticum dari intestinorum motum, cibis promovendis interventem, nemo dubitat, qui Immortalis *Halleri* legerit Elementa physiologiae^w). Idem vir nunquam satis laudandus^x) afferit, motum antiperistalticum in statu sano quoque intermixtum esse motui peristaltico, ita ut intestinorum contenta numquam longe procedant, quin aliquo usque redeant. Motum vero antiperistalticum superantem ipse *Hallerus* aliique multi in animalium vivisectionibus non solum, verum etiam in ipsis hominibus casu fortuito viderunt, Hoc igitur motu antiperistaltico contenta sursum redeunt,

b) Diaphragmatis & musculorum abdominis actio in ventriculi compressionem, motu eorum aucto ac plerumque quasi convulsivo, qui appareat, si spectas ad respirationem & abdominis contractionem in vomentibus. Hunc partem causae vomitus proximae efficere, inde probatur, quod equi nunquam vomunt, eorumque ventriculus ita situs est, ut neque musculorum abdominalium neque diaphragmatis motus in eum agere possit, cum e contra canes & feles facilissime vomunt, quorum ventriculus quam proximus est a diaphragmate ac musculis abdominalibus^y).

§. 3.

Altera de vomitu iliaco quaestio est, utrum materies stereoracea, & faeculenta, in Ilio per os ejecta, e crassis, an vero e tenuibus redeat intestinis? Hac de re auctores contrarii sunt. Dantur enim multi autores, qui negant excrementa e crassis in tenui intestina redire posse: ex horum numero laudo tantum Clariss. *Richter*^z), *Morgagni*^u), qui *Mangetum*, valvulae Bauhini non quidem proorsus negantem, sed ejus ultimam, quam valvula sit, non concedentem, vituperat, ac contendit, vix fieri posse ut in statu morbofo haec valvula cedat. Etiam Celeberr. *Tiffot*^b) se hoc nunquam vidisse ait. Alii vero clarissimi viri hunc redditum ex intestinis crassis admittunt: in his praeter alios sunt Clariss. *de Haen*^c), *van Swieten*^d), *Vater*^e) & *Haller*^f), qui varias pro sua sententia causas adducunt, quas nunc disquiram,

i. Cel.

u) l. c. Epistol. XXXIV. 30. 31.

w) Edit. Bern. 1765. T. VII. p. 81 & seqq.

x) l. c. p. 90.

y) Mémoires de l'académie royale des sciences de Paris: de l'année 1753. p. 687-696.

z) Abhandlung von den Brüchen, p. 98.

a) Adversaria anatomica III. 9.

b) Avis au peuple &c. p. 345.

c) Ratio medendi. P. II. p. 69.

d) l. c. p. 167.

e) Dissert. de chordopso Celsi: inserta *Halleri* Diff. l. c. T. III. p. 230.

f) Elem. physiolog. T. VII, p. 131. 132.

1. Cel. van Swieten ²⁾ dicit: „Vidi chronica talia mala, ubi scirrho impedita viam, aegri vix unquam alvum deponebant, sed post quatuor, quinque aut octo dies oriebatur summa anxietas, & revomebant omnia quae toto hoc tempore sumferant, nec apparebat stercoratus ille odor in his, quae vomitu rejiciebantur.“ Ex his vir doctissimus concludit, faeces in ileo vomiti ejetas non posse non redire e crassis intestinis. At falsa haec conclusio mihi videtur, reputanti, quae habet Clariss. de Haen ³⁾. Hic quamvis redditum e crassis intestinis non plane negat, tamen hac in re medicos saepius decipi ait, cum faeces consistentes in tenuibus intestinis diutius retentas pro excrementis ejus crassis regressis habeant: „pluries enim, dicit, publice auditoribus demonstravi, res perini veras faeces stercoraceas in ileo intestino; manifestius vero nunquam, quam ⁴⁾ 10 Decembri 1756, ita ut distantiam trium pedum ac duorum pollicum a valvula Tuleriana crassum stercus alvinum consistentia, colore, factore ab omnibus reprehendetur.“ Idem quod demonstrant herniosi, passionem iliacam cum vomitu stercoraceo passi, in quorum cadaveribus intestinum ileum saepe ita incarceratum reperitur, ut plane nulla adsit via, qua faeces e colo potuissent redire ad os ⁵⁾. Ex his vero neutiquam concludere licet, faeces nunquam in ileon redire e crassis, verum si quam plurima concedo, tantum inde liquet, saepissime has faeces e tenuibus esse regressas. Nam

2. non desunt exempla, ubi Ileo laborantes non solum stercoracea, sed & clysmata, imo, uti quidam narrant, suppositoria ano immissa evomuerunt. Duo talia exempla Sennertus ⁶⁾ assert: unum a J. Matth. de Gradibus traditum, ubi puella duodecim annorum Ileo laborans, non modo faeces, sed & clysmata, ac triduo post suppositorium, ac postea duo alia suppositoria, alterum simplici, alterum quadruplici fito ad coxam alligata evomuisse fertur: alterum a Jac. Oertheo obseruatum, quo uxor Ileo laborans candela sebaceae partem, suppositorii vice in anum immisam posterio die per os ejecisse dicitur. Hae duae observationes quamquam vix credibiles sint, iniquum tam mihi videtur, fidem denegare Bonneto ⁷⁾, qui ipse casum vidit, quo vir quadraginta annorum Ileo laborans, tertio die clysteres duos, ex decocto herbarum virentium paratos & pridie injectos vomitu exclusit. Clar. van Swieten ⁸⁾ quoque se ipsum hoc vidisse ait. Idem testatur Clar. Sydenham ⁹⁾, Brüning ¹⁰⁾. Pauca haec exempla, quibus plura possent addi ¹¹⁾, satis demonstrare mihi videntur, viam retrogradam a crassi ad tenuia intestina in praeternaturali certe statu patere.

3. Quae cadaverum Ileo mortuorum sectionibus institutis inventa sunt, ea quoque veritatem, vel certe, sit venia verbo, possibilitatem hujus rei demonstrant. Summum enim

g) l. c.

h) l. c. T. II. p. 76. Idem testatur quoque Clar. Stoll in Ratione medendi. T. I. p. 237.

i) de Haen l.c. Richter von den Brüchen. p. 98.

k) Praxis medica. Libr. III. p. 2, f. 2. c. 1.

l) Sepulchre, anatomic. T. II. p. 229. Edit. Genev. 1700.

m) l. c. T. III. p. 167.

n) Opera universa, Londini 1705. p. 40.

o) Sammlung f. præc. Aerzte. III. Bd. p. 300.

o) Morgagni de sedibus & causis morborum. Ep. XXXIV. n. 28. de Haen Ratio medendi. T. VIII. 240 & seqq. T. IX. p. 214 & seqq. ubi de machina illa italicâ ad ileum curandum inde loquitur; in canibus vivis valvulam hanc superatam narrat.

Enim argumentum, quod contrarii hujus sententiae afferunt, desumptum est a structura & usu Valvulae Bauhini, quae scilicet viam crassam inter ac tenuia intestina ita intercludat, ut plane nihil ex illis in haec possit transire: quae sententia in statu sano quidem plerumque, si non semper, valet, ut initio dissertationis meae ostendi. At, forsitan aliquis objiciet, quomodo duas hae opiniones de usu valvulae Bauhini supra declarato, & de reditu tum excrementorum, tum clysmatum e crassis in tenuia intestina, secum conjugi possint? Is si tantum meminerit, unum valere de statu sano, alterum de statu morbo, ac tunc respiciat ad statum tum coeci ac coli, tum valvulae ipsius praeternaturaliem, cadaverum sectionibus variis modis declaratum, duas has opiniones ipsis non contradicere sentiet. En duplice modum:

a. Coecum ac colon ita possunt extendi a flatibus, faecibusque retentis, ut apertura colon inter & ileon, valvula in statu sano clausa, nunc multo amplius lumen habeat, quam ut haec valvula illam totam claudat: ut itaque facile sit intellectu, quomodo in tali casu contenta crassorum redeant in tenuia intestina, unde tunc sensim ad superiorem tractus intestinorum partem redacta tandem evomuntur. Talem casum narrat Clar. *de Haen* ^{p)}, ubi in tympanitici hominis Ileo defuncti cadavere coli, coeci ac ilei diameter ita fuit aucta, ut valvula Bauhini ne tertiam quidem aperturam partem clauderet.

b. Quod ad valvulam ipsam pertinet, varius hujus status praeternaturalis satis patet ex cadaverum sectionibus. Ea scilicet adeo laxa fuit inventa, ut aeri & aquae facilis pateret via e crassis in tenuia intestina ^{q)}. *Spigelius* ^{r)} dicit: „In cadaveribus eorum, qui Ileo defuncti clysteres & excrements evomuerunt, valvula ruptam ^{s)} aut male affectam, „fuisse, aut muco pituitaque crassa ita oblitanum credendum est, ut coeco ac colo quasi agglutinata haud aperiri potuerit.“ Idem fere testatur quoque *Morgagni* ^{t)} aliisque. Nec desunt exempla, ubi valvula coli in sectionibus plane deficiebat: quale exemplum narrat *Fürstenau* ^{u)}. Simile exemplum exstat in *Philosophical Transactions* ^{v)} ubi coecum ac colon ita fuit extensum ut nullae apparuerint rugae in statu naturali praesentes, nulla addessent valvulae coli vestigia in homine Ileo mortui, qui excrements evomuerat.

Haec omnia persensa satis mihi demonstrare videntur, excrements e crassis intestinis regressa evomi posse. An vero omnes faeces vomitu ejectae e crassis intestinis redierunt? Minime: supra ^{w)} enim jam ostendi, in statu praeternaturali, tenuia quoque intestina continere vera excrements. Potius credo, rarum hunc esse reditum, & vix umquam evenire, nisi passionis iliaca causâ locum habeat in crassis intestinis.

At

p) I. c. T. II. p. 69 & seqq.

q) Collectan. societatis medic. Hafniens. Tom. II.

P. 76.

r) *Spigelius de corporis humani fabrica*. L. VIII. c. 9.

s) *Hac de re in Clar. Lavateri Enteroperistole.*

No. 44. exemplum existat de cane, cui rectum

intestinum ligatum, & post mortem valvula Bauhini rupta fuit.

t) I. c.

u) Acta academ. N. C. Vol. IX. obit. V.

v) Tom. XLVI. p. 125.

w) Initio hujus §.

At rationem, qua clysteres ano injecti evomantur, quomodo explicem, vix scio; Res cum sit multorum ac omni fide dignorum medicorum experientia probata, negari haud potest, quamvis per difficile sit, rationem ejus sufficientem adducere. In hoc casu idem fere est, num Ilei caufa in tenuibus an in crassis intestinis sedem habeat, cum clysmata initio semper infra hanc sedem sint, nisi forsan in rarissimis caufa tam prope absit ab ani orificio, ut siphonis tubo pro tempore superari queat. Quod si non sit, summa oritur explicationis difficultas, quam Clariss. *de Haen* *) bene intelligens, se extricat dicens, obicem quemcunque, qui in canali intestinali adsit, removeri intestinalium gangraena, ita ut constrictio laxetur, atque aer in intestinali contentus omnia extundat, ventremque tumidum reddat, quo etiam apertura ilei ad coeci ingressum grandescat, ut valvula Bauhinii illi claudenda non sufficiat; unde tunc, quamvis via ad inferiores aequae ad superiora pateat, superstite adhuc intestinali motu antiperistaltico omnia, adeo que etiam clysmata ex ijsden per superiora ejiciantur. Haec explicatio, quamvis non satisfaciat, tamen haud incongrua mihi videtur.

α. Nullam enim inveni observationem, totum intestinali tractum in gangraenam abiisse: ut itaque, si in parte gangrenosa omnis quoque defuerit motus, pars hacc superior & inferior non fuerit motu destituta, quo excrementa vel clysmata quoque ad superiora possent propelli.

β. Si observationes de clysteribus vomitu ejectis legimus, appare, hoc tertio de mani aut quarto, senioribusque morbi diebus evenisse. Prioribus diebus natura quasi assuevit motui antiperistaltico, ac ubique videmus, talem *naturae consuetudinem* non subito ac simul desinere, quod praefertim morbi nervosi, periodici probant. Nonne id quoque applicari potest ad morbum meum?

Altera ratio, qua hic reditus forsan explicari possit, mihi haec videtur: impedimentum, quod initio morbi penitus quartumque rerum transitum vel ad superiora, vel ad inferiora prohibuit, in morbi decursu, vomitu vehementi summaque intestinali extensione praesente, non amplius sufficit ad totum transitum occludendum: verum hic ex parte tantum minima patet, quo aqua tantum vel aer transgrexi potest: tunc continuato motu antiperistaltico clysmata hanc viam ad superiora sequuntur, ac evomuntur. Haec explicatio forsan locum haberet in Ileo a tumore in intestinali orto.

Aliam adhuc explicationem assert Clar. *Morgagni* y) ex autore quadam innotento, qui putat, intestinalia omnia in volvulo plena esse humorum; esse autem ad podicem obstaculum, illorum quidem impediens exitum, ab immittentibus autem clysmata superabile: tunc igitur haec sic injecta, plenitudinem & distensionem intestinalium augmenta, accidente muscularum & diaphragmatis compressione, quo minor resistentia est, illuc urgeri,

*) l. c.

y) De sedibus & caussis morbor. Ep. XXXIV. nro. 31.

urgeri, & commixta cum iis humoribus per vomitum extrudi: non resistere vero valvulae Bauhini, quippe quae, posita intestinorum plenitudine, aperta servetur. Falsum hujus sententiae, plerisque certe in casibus, tum per se patet, tum Clar. *Morgagni* eam ita refutat, ut plane supervacaneum sit, de hac pluribus loqui. Memineris modo, raro illi causam tam prope ab ani orificio absesse, ut siphonis tubulo possit attingi, & quando ibi sedem habeat, non semper vinci posse: plenitudinem hanc intestinorum non posse probari e. f. p.

Haec de Ilei symptomatis sufficiant.

q. 4.

Antequam ad Ilei causas progrediar, pauca adhuc de varia ejus a variis autoribus facta divisione proferam.

Celeberr. *Sydenham*²⁾ Ileum dividit in verum & nothum. Nothum vocat, quando ea tantum intestina motu antiperistaltico laborant, quae supra obstructum locum sita sunt, ubi tantum contenta in hac superiori parte evomuntur. Verum autem Ileum dicit eum, ubi in toto intestinalum tractu motus antiperistalticus adeat, ac non solum excrements, sed & clysmata per superiora rejiciuntur.

Clar. *Sauvages*³⁾ eum dividit in acutum & chronicum. Acutus est is, qui brevi tempore febi conjunctus decurrit v. gr. Ileus ab inflammatione ortus: chronicus vero is, qui diutius durat ac sine febre adeat, qualiter *Sauvages* describit, qui per tres menses sine febre ac cum haud adeo vehementibus doloribus duravit.

Alia divisio est in Ileum sporadicum & epidemicum. Illam multo frequentiorem esse nemo dubitat: attamen de Ileo-epidemico exempla existant v. gr. apud *Bartholini*⁴⁾, apud Clar. *Sims*⁵⁾ de americana insula Jamaica, ubi hic morbus fere endemicus esse dicitur.

Alii distinguunt Ileum perfectum & imperfectum. Hic est, ubi tenuiores quedam fluidoresque contentorum particulae obicem transgrediantur & per alvum ejiciuntur. Ille vero est, ubi alvus penitus adstricta est⁶⁾.

Alius est Ileus periodicus, qui per intervalla redit, quale exemplum narrat Clar. *de Haen*⁷⁾ de homine, qui per viginti annos ter, quaterve in singulorum annorum spatio hoc morbo laboraverat: aliud exemplum adducit Clar. *Eitmüller*⁸⁾ de Ileo tertio quoque die recurrente.

Optima

2) l. c.

a) I. c. T. III. p. 107.

b) Centur. IV. Ep. 92.

c) Bemerkungen über epidemische Krankheiten.

A. d. Engl. überetzt von I. W. Müller. Hamb. 1775. p. 12 & sqq.

d) Halleri Dissertat. anatom. T. I. p. 489.

e) I. c. T. IX. p. 204.

f) Opera omnia Francfurt, ad Moenum, 1688. p. 134.

Optima vero ac medico pratico utilissima Ilei; uti omnium aliorum morborum divisio mihi videtur ea, quae a morborum causis desumitur. Hoc respectu Clar. *Doeaus* 2) passionem iliacam dividit in tres species:

- a. Ileus est *stercoralis*, ortus ab excrementis retentis;
- b. Ileus *humoralis*, qui oritur ab humore crassio & viscidio tenaci, vel acri erodente;
- c. Ileus *flatulentus* ortum ducens a flatibus inclusis, motu violento exitum quarentibus.

At haec divisio mihi non arredit; nescio enim, v. gr. ad quamnam speciem Ileum herniosum, a strangulatione intestinorum ortum numerem; possunt enim esse stercorales, sed & flatulenti. Quare ego quatuor caussarum genera faciam, pro his Ileum divisurus:

- a. Ileus *inflammatorius*, qui oritur ab intestini enjusdam inflammatione,
- b. Ileus *spasmodicus*,
- c. Ileus ab *obstructione* *intestinorum*, ubi corpus alienum intestinis contentum eorum cavitatem delet.
- d. Ileus ab *intestinorum compressione*, ubi corpus quoddam extra intestina situm eorum altera comprimit.

Ad haec quatuor caussarum genera omnes specialiores Ilei caussae reduci possunt, uti mox ostendam.

Caput IV.

Cauſſae paſſionis iliace.

§. 1.

Cauſſae cuiuscunq; morbi maximi sunt momenti, cum medicus rationalis in cuſandis morbis, quantum fieri potest, pro cauſa in ſtatu quodam praefenti agere debet. Hoc vero respectu multa adhuc ſunt quoad Ileum facienda: plures enim ejus cauſſae dantur, quarum signa pathognomonica huic usque ignoramus.

Cæterum omnes cuiuscunq; morbi cauſſae dividuntur in proximam & remotas.

Proximam cauſam dico secundum *Gaubium*^{h)} eam, quae ex concurſu omnium remotorum nata, ſola, integrum morbum ita conſtituit, ut indiſſolubili nexo cum ea cohaereat, qua remanente morbus remanet, queaque ſublata morbus tollitur.

Secunda

g) Encyclopaedia medica Francof. ad Moenium.
Libr. III. cap. 6. p. 243.

h) Pathologiae medicinalis institutiones.
§. 60.

Secundum hanc definitionem jam causam Ilei proximam, de qua autores in variam abeunt sententiam, eruere conabor. Varias quoramdam auditorum hac de re sententias *Dolaeus* ⁱ⁾ laudat, quas nunc breviter exponam.

Paracelsus scilicet ejusque affectae credunt, materiam Ilei oriri ex tartaro aucto, dissoluto in intestinis ex pontico fale, quam materiam sypica sua natura intefina contrahere autumat. Haec sententia chemistarum veterum nugas nimis redolet, quam ut digna sit, quae hodiernis adhuc temporibus latius refutetur.

Sylvius proximam causam querit in motu peristaltico inverso ac intestinorum intussusceptione. Nonne vero hic proximam causam cum remota conjungit ad communat? Motum intestinorum antiperistalticum proximae causae partem efficere ex mea quidem opinione vix poterit negari: at intussusceptione intestinorum certe remota tantum causa est: non in omnibus, qui Ileo laborant, adest intussusceptione, nec omnes, quibus ea est in intestinis, Ileo afficiuntur, uti infra ostendam.

Cartesiani hanc Ilei causam querunt in humoribus acribus intra intestinorum membranas haerentibus. Hi vero humores, quando adfulti, intestina irritant, quo vel diarrhoea, motu scilicet peristaltico aucto, vel Ileus, motu antiperistaltico aucto orietur: quare ii non possunt proxima Ilei causa esse.

Dolaeus ipse proximam causam ponit in perverso motu peristaltico: cui sententiae *Cl. Moehsen* ^{k)} assentitur. Nonne vero solo motu antiperistaltico vomitus habitualis potius quam verus Ileus orietur? Mihi quidem ita videtur.

Cl. Haguenot & de St. André ^{l)}, proximam Ilei causam ponunt in violenta mucolorum abdominis contractione. Hi vero jam a tot tantisque viris sunt refutati, ut crambem toties doctam repetere haud sit necessarium, praesertim cum falsitas hujus asserti per se patet.

Cel. Gallesky ^{m)} causam proximam putat esse intestinorum obstructionem cum summa nervorum tensione ac praeternaturali ventriculi irritatione. Nonne vero summa nervorum tensio, quam vix nisi ex dolore cognoscere possumus, potius est symptoma, quam causa morbi proxima? An his quamvis praestribus orietur verus Ileus, nisi adsit motus intestinorum antiperistalticus.

Mibi videtur causa proxima esse obstructio qualiscunque partis intestinorum eujusdam cum motu antiperistaltico longe peristalticum motum superante aut eum penitus ferre velente. Haec duo si adfulti, certe Ileus aderit, & iis sublati Ileus cessabit.

§. 2.

ⁱ⁾ I. c. Libr. III. cap. VI. §. 8.
^{k)} Vdg. in ang. de Passionis iliacae causis & curations. Praef. Schnize. Halae Magdeb. 1742. §. 5.

^{l)} Halleri Disput. ad morbor. histor. & curatio- nem pertinentes. Tom. III. p. 232.
^{m)} I. c. §. 12.

§ 2.

Jam transgredior ad causas Ilei remotas, quae duplicis generis sunt, vel praedispentes vel occasioales.

Causa praedispontens dicitur conditio quaevis corpori inhaerens, qua illud aptum est, nata occasione morbum suscipere. Occasioales vero causa est, quicquid praedisponti superveniens hanc excitat, ut una morbum pariant ⁿ⁾.

Quod praedispontentes Ilei causas attinet, praecepit mihi videntur haec:

1. Dispositio ad alvum tardam, duram. Haec ipsa a variis oriri potest causis v. gr. ab intestinorum parva actione, a nimia muci copia &c. quas latius enumeravit Cl. Boden ^{o)}. Quivis medicinae gnarus, has perscrutans inveniet, quasdam tales esse, ut auctae ileum efficiant e. c. coarctatio intestinorum spasmodica, vel a corpore alieno orta. Alvus tarda si diu continuat, malos in corpus effectus habet, quos Cel. Kaagmann ^{p)} vel ab irritamento faciem retentiarum, vel ab obstructione vel distensione intestinorum ius prolati ducit.

2. Intestina laxa, debilia, quae pituitae accumulandae favent. Notum vero est, hanc pituitam interdum ita auctam & crassam esse, ut parum absit, quin inde oriatur Ileus. Porro nullus ignorat, intestina debilia vermis procreandis favere, qui, uti infra dicam, ad causas Ilei occasioales pertinent.

3. Sensibilitas & irritabilitas corporis in genere & speciatim intestinorum nimis aucta. In his subjectis minor quoque stimulus intestina adeo afficiet, ut summum in modum spastice contrahantur, indeque Ileus oriatur spasmodicus.

4. Acrimoniae qualesunque corpori inhaerentes v. gr. arthritica, rheumatica materies. Hae hac vel illa causa ad intestina depositae causa Ilei sunt, uti infra dicitur.

Causarum occasioalium magna est copia: at multae earum, dum homo vivit, vix certo dignosci possunt, & quamvis eas sciremus, saepe tolli nequirent. Has dividam in quatuor ea supra jam allata genera scilicet

I. in causam inflammatoriam,

II. — — spasticam,

III. — — intestina obstruentem,

IV. — — — comprimentem.

ⁿ⁾ Graubius l. c. §. 59

^{o)} Dissert. inaug. de novis ex recrementorum Lipsi 1770.

^{p)} Dissert. inaug. de novis ex recrementorum retentione oriundis. Lugdun. Batavor. 1777. p. 52 & seqq.

I. Primum igitur gentis continet causam inflammatoriam, vel Ileum ab intestinorum inflammatione ortum. Hic Ileus est vel primarius, vel secundarius. Is ab alia quadam Ilei specie in morbi decursu oriatur. Ille vero, de quo nunc loqueror, ab initio est inflammatorius nihilque aliud quam enteritis. Omnes ergo causae, quae intestinorum inflammationem faciunt, hunc Ileum producunt.

Huc pertinet plethora commota, perspiratio subito suppressa calefactio antea corpore ^{q)}, haemorrhagiae subito suppressae, omnes acrimoniae ad intestina depositae, venena, &c. quae vero causae initio saepius forsitan Ileum spasmoidicum faciunt, sub qua classe eas quoque pluribus adducam.

Ilei inflammatorii exempla haud rara sunt: ea inveniuntur inter alios apud Clar. *Morgagni* ^{r)}, *Lieutaud* ^{s)}, *van Swieten* ^{t)}. At quamvis Ilei symptomata in enteritide plerunque adsint, tamen id non semper sit. Inflammatio enim intestinorum admodum parva neque vomitu neque alvo adeo pertinaciter obstructa est conjuncta. Quid si vero haec Ilei species adest, plerisque in casibus facile dignoscitur: adest enim febris plerunque vehemens, pulsus durus, frequens, interdum magnus, saepius vero parvus, suppressus, invadit plerunque subiecta robusta, plethorica, subito accedit, febris plerunque eum praedit, dolores abdominis vehementissimi quovis vomitu augentur. Sed interdum diagnosis hujus causae est perquam difficultas: nam si quorundam auctorum observationes, in quibus unum *Morgagni* ^{u)} adducam, perlegimus, invenimus exempla, ubi in sectione hominum Ileo mortuorum gangraena & inflammatio intestinorum inventa fuit, quae hominibus vivis nullis apparuerat signis. Hand equidem ignoro, inflammations occultas nostris temporibus a multis doctis viris negari, contendentibus, has vaforum in intestinis repletiones, quae in ipsis cadaveribus inveniuntur, esse sequelam mortis, ubi omnibus solidis relaxatis sanguis ad eas partes fluit, quae infirma sitae sunt. At quamvis concedam, saepius rem ita se habere, tamen vix credo, inflammations occultas vel certe minus apertas omnino posse negari. Verum quidem est, hanc notionem saepius esse relativam, ita ut ea intestinorum inflammatio, quae alii medico aperta est, alii sit occulta, ad quam indagandam summo ingenii acumine, summaque in medicina scientia opus est, sive inflammatio sit parva, sive aeger sit minus sensibilis ac minus irritabilis. An autem revera occultae intestinorum inflammations dentur, quas ne optimus quidem medicus possit dignoscere, haec disquisitio nec hujus loci est, nec eam discernere auderem.

Quod

^{q)} *Caldani* in Memorie matematica e fisica della Società Italiana. T. IV.

^{r)} I. Epist XXXIV. §. 21. 23. Epist XXXV.
D. 15. 16. 22.

^{s)} Historia anatomico-medica. Edita a Cl. Schlegel. Vol. I. p. 108 & seqq.

^{t)} I. c. T. III. p. 16. ubi annotat, non semper in enteritide adesse vomitum,

^{u)} I. c.

Quod ad hujus Ilei prognosin attinet, in genere is periculosus est. Attamen differt periculum pro inflammationis vehementia, causa, aegri constitutione, febris magnitudine & natura. Quo gravior est inflammatio, quo major intestinorum pars ea afficitur, quo plura adsumt symptomata spastica, eo majus adeat periculum, ne suppuration aut gangraena orfatur. Febris mere inflammatoria minus periculum indicat, quam complicata febris putrida, aut nervosa.

Quo diutius inflammatio, initio jam vehemens, sicut neglecta, eo magis timendum est. Ileus inflammatorius a venenis corrosivis ortus summi est periculi: saepe enim causa non penitus tollitur, inflammatio semper augetur, donec in gangraenam abeat. Porro hic memineris, vomitu frequenti inflammationem semper augeri. De exitu vario hujus speciei in suppurationem, gangraenam & seirrum infra quaedam dicam, cum is fere idem sit, qui aliis Ilei speciebus.

§. 5.

II. Secunda Ilei species est Ileus spasmoidius.

Duplex mihi hicce Ileus esse videtur:

a. Est is, qui oritur a contractione spastica intestinorum tanta, ut tota fere eos cum diameter dispareat, quo contentis via ad anum praeceditur. Huc pertinet inter multis alios casus ille Clar. Frid. Hoffmanni ^{w)}, ubi post mortem totus coli tractus in sinistro latere ita fuit constrictus, ut diameter ejus vix digiti crassitum superaret. Porro exstat tale exemplum in *Concretae societatis medicorum Hafniensium* ^{y)}, ubi in homine post chronicum Ileum mortuo jejunum valde distentum, ileum vero summum in modum coarctatum fuit. Huc pertinet quoque Ileus quindecim dierum ^{y)} ubi post mortem intestina aliis in locis summum in modum coarctata, in aliis valde expansa fuerunt. Celeberr. quoque praecceptor meus nunquam satis laudandus Prof. Meckel ex Muffao suo locupletissimo duo harum coarctationum exempla mihi communicavit, quae tabula aenea exprimenta curavi ^{z)}.

b. Alter est is, ubi spasmus vasorum sanguiferorum invadit, quo circulatio in iis turbatur, sanguis stagnat, vasa distendit: nervique ita valde irritantur. Haec forsitan est ista Ilei species, quae plerumque in inflammatorium Ileum transit. Huc forsitan pertinet exemplum allatum a Cl. Kupfer ^{a)}.

In genere Ileus spasticus cognoscitur ex signis spasmorum generalibus, quae de promuntur a pulsu spastico, dolore minus fixo quam in Ileo mere inflammatorio & c. causia

w) Medic. ration. systemat. Tom. III. Sect. I.
Cap. 9. §. 18.

x) Tom II. p. 73.

y) Histoire de la Société royale de Médec. à Paris
de l'année 1776. p. 268.

z) Tab. IV. Fig. 2 & 3.

a) Diff. fistulis Volvulum sanguineum ejusque circulationem in vitro quotid. Inferta Halleri Disp. T. III. p. 365 & seqq.

causa praegressa, ex aegri constitutione, aetate, vitae ratione, morborum praegressorum natura;

§. 6.

Praecipuae hujus Ilei causae, quarum pleraque utramque supra laudatam speciem b) producere possunt, sunt:

a. Haemorrhagiarum consuetarum suppressio, uti menstruorum, lochiorum, haemorrhoidum^{d)}. Hic Ileus signis anamnesticis praesertim cognoscitur; si scilicet lochia vel haemorrhoides antea fluxerunt, & hac vel illa causa subito supprimuntur, vel redditus eorum prohibetur, uti in casu a Cl. Kupfero narrato, ac statim postea Ilei symptomata oriuntur. Haud equidem ignoro, ab hac causa saepè fieri Ileum inflammatorium: at quamvis facilissime in istum mutetur, initio certe plerumque est indolis spasmoticae, quam in decursu quoque saepius retinet, uti ex Cl. Hoffmanni exemplo citato elucet. Quod ad prognosin hujus Ilei specialem (Generaliora enim, quae de omnibus Ilei speciebus valent, infra in singulari capite adducam) pertinet, praesertim respiciendum est, num facile, an difficile sit causam tollere, ac sanguinis fluxum restaurare, quamnam sit causa hujus suppressionis? Quod si haemorrhagia quedam naturalis, dum fluit, subito supprimitur, Ileus inde ortus in genere vehementior est, faciliusque in inflammatorium abit eo, qui ab haemorrhagia talis redditus chronica causa impedito sit: at radialis hujus medela difficultor est quam illius, cum hujus causa remotor saepè vix vincit potest ac quamdiu ea manet, tamdiu morbus ne redeat, est timendum. In hoc uti in omni alio spasmotico Ileo praesertim medicus respiciat ad inflammationem, quae vel minatur, vel jam adest.

§ 7.

b. Bilis aliisque in intestinis acrimoniae generatae. Huc pertinet Ileus epidemicus, quem Sims^{e)} describit: qui quidem saepius naturae inflammatorye in decursu fuit, ita ut venaelectio summa cum utilitate adhiberetur, praesertim si morbus initio fuerit neglectus: initio autem plerumque erat spasmoticus. Hic laudandus est Ileus biliosus, in quo Rob. Porter^{f)} balnea calida, summum, uti satis notum est, antispasmoticum, maxima cum utilitate adhibuit.

Haec Ilei species cognoscitur e constitutione epidemica biliosa, ex linguae, fapnis habitu, materiae vomitu ejectæ natura aliquis signis causæ biliosæ e, s.p. satis notis.

Si

b) § praeced. a & b.

c) J. A. van der Linden in Sel. Med. sub titulo select. atri Cippus Iliacus. p. 64. §. 18.

d) Ballonii Cons. 63. Hoffmann. l. c. Kupfer l. c.

Stahlii Dissertatio de motu haemorrhoidum internorum.

e) l. c. p. 12 & seqq.

f) Medical essays and observations. Second edition, Tom. III, p. 358 & seqq.

Si mediens statim ab initio vocatur, hicce Ileus non est adeo periculosis: causa est manifesta, vomitu ipso ex parte tollitur. Multum hic interest, quis sit acrimoniae bilis gradus. Quo minor est, eo major est salutis spes & vice versa: summae enim acrimoniae bilis facile irritationem excitabit inflammationem intestinorum eo pejorem, quo causa irritans effectus noxios edere pergit,

§. 8.

a. Venena. Duplicis generis haec sunt. Dantur enim

a. Venena acria, celeriter agentia, que praefertim spasmos vasorum indeque inflammationem excitant, ut arsenicum album, de quo Clar. *Sauvages* ^{g)} exemplum assert, Facilis est diagnosis: nam paulo post assumptum venenum Ileus insequitur cum omnibus veneficii signis; saepius quoque aegroti confessio medicum in causa detegenda juvat.

b. Venena lenta, ubi paulatim tantum morbus ingravescit, uti assumpto saturno, quo intestina sensim ita coarctantur, ut excrementorum transitus impediatur: quale exemplum affert Cl. *Conradi* ^{h)}, ubi puer, qui pollutionum arcendarum causa larga manu saccharum saturni adhibuit, Ileo affiebatur, quo liberatus quidem, at paulo post hujus veneni sequelis mortuus est. Neque hujus speciei diagnosis plerisque in casibus difficilis est, dummodo medicus respiciat ad praegressam vitae rationem: plurimi enim, qui hocce morbo affieuntur, diu antea in mineris saturninis laborarunt: morbus plerumque chronicus, ac initio alvus tantum dura, tarda fit; aegri cachecticam habent faciem &c;

Prognosis utriusque speciei est in genere anceps; in prima plerumque cito summa oritur inflammatio, mox in gangraenam abiens. In altera causa est inveterata ac etiam si Ileus tollitur, aliae tamen sere semper restant veneni sequelae, miserrimamque trahunt aegri vitam,

§. 9.

d. Medicamenta acria purgantia, in quibus consuetissimum fere est aloë cum suis praeparatis, quae, proh dolor! nostris adhuc temporibus saepissime in domesticis medicaminibus contra obstructionem alvinam inveniuntur: at certo maxime obsunt. Nam ne quid dicam de multis aliis damnis hanc huc pertinentibus, plura existant Ilei iis excitati exempla apud Cl. *Frid. Hoffmann* ⁱ⁾, *Walther* ^{k)}, in quibus intestina quaedam

v. gr.

g) I. c. Tom. III. p. 112.

h) Diff. de Passione iliacae. Praef. *Frid. Hoffmann*. Halae 1716. p. 13. Huc forsan pertinet colica saturnina, quae interdum in verum abit Ileum, de qua vide *de Haen* I. c. Tom. III. p. 73 &c.

233. Tom. X. *Halleri* Diff. c. c. Tom. III. p. 261. 279. 295 &c. aliasque multos.

i) I. c. Tom. IV. P. II. Sect. 2. Cap. IV. §. 11.

k) De angustia intestinorum. p. 39.

v. gr. coecum, rectum spasmodice adeo fuerant coactata, ut vix digitus minimus ex posset permeare. Nec mirum: his enim medicamentis intestina summopere irritantur, muco suo naturali privata quovis seniori quoque irritamento ad summas contractiones excitantur. Hic effectus plerumque lento gradu incedens cum venenorum lensorum actione probe comparari mihi videtur. Nullus autem dubito, quin talia medicamenta interdum eundem habeant effectum cum venenis acribus, si scilicet magna dosi, vel praefente febre, plethora, magna intestinorum sensibilitate ac irritabilitate sumuntur. Vix certa erit hujus caussae diagnosis, nisi aeger ipse factum confiteatur: in primo casu ad tempora jam longe peracta regredendum est, in altero vero tempus vix praeteritum rem docebit. Quoad prognosin, idem de hac specie valet, quod de Ileo a venenis orto praecedenti paragrapto dixi.

§. 10.

e. Variae acrimoniae a superficie corporis ad intestina depositae; uti arthritica, rheumatica, e.s.p. Hae initio spasmos excitant, mox vero praeferunt in hominibus robustis, nisi statim medicus accerstur, oritur inflammatio vera: quodsi vero subiecta sunt debilitata, interdum nulla oritur inflammatio, sed antispasmodica & revellentia ad morbum curandum sufficiunt. Non rara sunt haec exempla, & ipse tristis recordor juvenis cujusdam hoc morbo nimis mature mortui. Semper ambigua est haec prognosis: in uno casu sequitur prognosin Ilei inflammatorii: in altero multum refert debilitatis agnorumor gradus, qui si magnus est, parva salutis spes adest.

§. 11.

III. Tertia Ilei species ea est, quae oritur a mechanica intestinorum obstrukcione, contentis variis facta. Caussarum hic pertinentium effectus adeo differt, cum aliae subito, aliae lente agunt, ut vix generale quid de hac specie dici possit: quare non dubito, statim ad specialiores caussas transfire, quae sunt haec:

α. Faeces induratae. Multi dantur homines, qui non, ut naturae leges postulant, quovis die alcum depoñunt, quo secundum Cl. *Hallerum*¹⁾ senectus, sexus se quior pertinet, qui binis tantum diebus alcum dejicere solent. Imo rariora exempla existant de longiori alvi retentione sine omni noxa apparente, qualia Cl. *Hillerus*^{m)} pluram colligit de hominibus, qui 3, 4, 10, 20, 30, 42 & pluribus diebus semel tantum alcum depoñunt. At quamvis hi homines diu sine licentia noxa vivere possunt, tamen grave aliquod vitium plerumque adest: nec, ut vulgo creditur, summae valetudinis est, alcum binis diebus semel tantum deponi. Cl. *Hallerus*ⁿ⁾ enim fatis ostendit, cibos ad viam a ventriculo ad anum usque viginti quatuor horas requirere, ideoque in sanis hominibus alcum singulis diebus dejici. Quod nisi sit, faeces indurescant, mole augen-

1) *Elem. physiologiae*. T. VII. p. 187. m) I. c. n) I. c. p. 89.

augentur, praesertim quando interea diaetae vitium committitur, intestina obstruunt, & sic illi dant occasionem. Talem casum narrat Cl. Helmont^{o)}, ubi secto cadavere in intestino tenui inveniebantur excrements durissima ad sedecim digitorum distantiam a coeco: Cel. van Swieten^{p)} exempla adducit, ubi alvo tarda mucus intestinorum naturalis ita collectus inspissatusque fuit, ut intestini cavum obturaret; Gallesky^{q)} ex Fr. Hoffmanno exemplum narrat viri cuiusdam in convivio alvum ex falso pudore retinentis, indeque Ileo mortui, cuius cadavere secto excrementorum viginti librae in colo inveniebantur. Aliud exemplum Cl. Hoffmannus^{r)} habet, ubi intestina hominis ex Ileo de-mortui sectione facta sponte crepuerunt cum impetu erumpentibus & explosis scybalis.

Difficilis hic est diagnosis, an tantummodo faeces induratae adsint, an alia mox diendarum cauſarum. Attamen si alvus paucis ante diebus sine doloribus obſtrūta fuit, si abdomen decursu morbi valde intumescit, ac nonnullis in locis tactu durum est, si in regionibus lumbaribus magnum pondus sentitur, applicandis clysmatibus dura quaedam resistunt, materia vomitiū ejeſta mali odoris est; alvo aperta faeces durae, siccae ejiciuntur; magna hujus cauſae ſuspicio tunc adeſt.

Minus periculosa est haec Ilei species, cum serius abit in Ileum inflammatorium, ac cauſa talis est, quae ſaepius facile tollitur, niſi sit valde inveterata.

§. 12.

B. Corpora aliena vel deglutita, vel in intestinis nata, quo pertinent magna ſemina mesphilorum^{s)}, prunorum^{t)} aliorumque fructuum copia, nummi aurei deglutiti^{u)}, calculi intestinorum^{w)}, vermes convoluti in globos^{v)}; e. i. p. que omnia totam intestini alicuius cavitatem obſtruent, que contentis viam praecedunt. Hae cauſiae, exceptis vermis, vix alio modo cognoscuntur, quam ipsa aegroti confeſſione. Nam quidam auctores de tumore externe ſentiendo indeque diagnosti facienda dicunt, dubium certe ſignum hoc mihi videtur, cogitanti, variae indolis hos tumores esse, ac v. gr. interdum oriri in Ileo a faecibus retentis^{y)}.

Quod jam ſpeciatim ad vermes attinet, pauca de iis monebo. Hi certe non ſolum intestina obſtruendo, verum etiam ea irritando excitandoque contractions ſpasmoidicas,

Ileum

^{o)} Fr. de flariibus. §. 30.

^{p)} I. c. in Commentar. ad §. 719, ex Fernelii obſervacionibus duos caſus adducit.

^{q)} I. c. §. 33.

^{r)} I. c. T. IV. P. II. S. 2. cap. 4. §. 13.

^{s)} Kalschmidt in A. S. physic. medic. acad. N. C. Vol. IX. Obs. 4.

^{t)} van Swieten I. c. T. III. p. 193.

^{u)} A. S. N. C. Cent. II. Obs. 154. ubi in cadavere 48 nummi aurei inveniebantur ex parte cruenta lapidea obduoti.

^{w)} Lieutaud I. c. T. I. p. 103. Acta N. C. Vol. V. ſauvages I. c. Tom. III. p. 111. Dierich Diff. continens duas obſervationes rareriores circa calculos in C. H. inventos. Halae 1788.

^{x)} Heir. at Heer-Obf. 24. quinque vermium conglomations in puella. Ileo defuncta inventa. Histoire de l' Acad. royal. des Sciences de l' annee 1740. p. 71.

^{y)} Cl. Asphi in Sammlung von Beobach. aus der Arzneygel. Nördling. 1779.

Ileum faciunt, ut ex observationibus patet, quare etiam in spasmatico Ileo haec causa minime est negligenda. Diagnosis hujus causae petitur e vermium signis satis notis, praesertim vero e vermium vomitu ejectorum copia.

Prognosis semper dubia est. Interdum corpora deglutita tanta tamque magna copia adiungunt, ut nullis medicamentis e loco suo moveri queant: tunc desperata res est: interdum vero clysmatibus facile cedunt, ac Ileus celeriter sanatur. Corpora acuta, aeria majoris afferunt periculum, quam corpora rotunda, nullis angulis stipata. Vermes in globos convoluti, cum intestinis firmiter adhaerent, saepe gravem morbum excitant. Si irritando Ileum efficiunt, idem fere de iis valet, quod de aliis mechanicis irritamentis.

§ 13.

v. Volvulus seu intussusceptio dicitur, quando pars intestini coartata in proximum & iaxius intestinum intrat. Hic intestinorum ingressus quamvis, ut mox ostendam, quam plurimis sit probatus exemplis, non tamen defuerunt clari viri, qui ejus, ut ita dicam, possibilitem negarunt, ad quos pertinet *I. A. van der Linden*^{a)}, *Guido Patinus*^{a)}, & *Kerekringius*^{b)}. Clari hi viri hujus sunt sententiae imprimis propter mesenteriorum intestinis firmiter annexum, dicentes, hunc introitum aliter fieri non posse, quin mesenteriorum rumpatur ac haemorrhagia lethalis oriatur. At quamvis concedam hanc rationem verisimile quid habere, tamen & observationibus quam plurimis refutatur, & multo minoris fit momenti, quando respiciamus ad magnam mesenterii dilatabilitatem, praesertim si dilatatio paulatim sit, ut saepe in volvulis. Vix enim credo, volvulos maiores simul & semel tantos fieri, potius initio plerumque parvi esse mihi videntur, & sensim grandescere: praeterea magnis in volvulis saepissime mesenterium simul cum intestino annexo intrat. Pluribus caeterum de his actum est variis in dissertationibus ^{c)}, quae ideo praeteribo.

Volvulus variae est indolis: vel perfectus, quando una cum mesenterii parte adhaerente intestinum unum alterum intrat: vel imperfectus, quando sine mesenterio intestini tantum pars alteram subit. Porro volvulus sit vel per descensum, ita ut superius intestinum inferiori suscipiatur: vel per ascensum, quando contrarium fit.

Jam quaeritur, quomodo intussusceptio, qualisunque sit, oriatur? Utrum semper sit causa Ilei, an vero interdum quoque ejus sequela? An etiam sine Ileo sequente oriatur? An certa ejus dignoscendi signa dentur nec ne?

Supra

^{a)} In Select. medic. exercit. IV.

^{a)} *Blaesi* in Comment. in Veslingii Syntagma anatomicum. p. 46.

^{b)} Specieg. anatomic. Obs. 42.

^{c)} C. H. Veltke Diff. inaugural. de intestinor. intussusceptione &c. L. B. 1742 N° de intestinorum mutuo ingressu. Altorf. Noric. 1729,

Supra jam dixi, volvuli existentiam quamplurimis esse confirmatam cadaverum sectionibus, quae simul quoque ostendunt, eum in omnibus inveniri intestinis. Ipse Clariss, nec sine maxima pietate laudandus Prof. Meckel ex musaeo suo locupletissimo quinque volvuli specimina mihi communicavit, quae tabulis aeneis exhibenda curavi. In his primum exhibit volvulum intestini coli transversi ^{d)} parvum, uti & secundum ^{e)}; tertium volvulum magnum intestini coli transversi in colon descendens ^{f)}, enjus histriam Cl. Meckel ipse jam publicavit ^{g)}; quartum ^{h)} exhibit quoque volvulum magnum omnium crassorum una cum intestini ilei inversi parte & mesenterio, nec non pancreate simul in colon inducto: quintum ⁱ⁾ tandem exhibit volvulum a Clar. praecoptore jam publice descriptum ^{k)} intestini ilei inversi 2 $\frac{1}{2}$ pedum longitudine in colon ascendens ingressi. Nec rara sunt exempla ab autoribus descripta, quae inveniuntur apud Clar. Hallerum ^{l)}, qui multa exempla ex aliis collegit auctoribus, apud Cl. Ruyfch ^{m)}, Willis ⁿ⁾, Morgagni ^{o)}, Bonnet ^{p)}, de Haen ^{q)}, Selle ^{r)}, Lieutaud ^{s)}, Bang ^{t)}, Claffy ^{u)}, Peyer ^{w)}, qui hunc volvulum in ranarum vivisectorum intestinis arte imitatus est, dum ea hoc vel illo modo irritaret: at semper fere volvulus ipse se se rursus explicavit, intestinis in statum pristinum redeuntribus. Exstat quoque exemplum septemplicis intussusceptionis in Miscellaneis Academae Naturae Curiosorum ^{x)}, triplicis apud Peyerum ^{y)}: volvulum immensae magnitudinis, qui in colo erat cubiti unius longus describit Cl. Murfinna ^{z)}: idem habet eodem loco volvulum jejuni prope a duodeno. Nec solum in adultis, verum etiam in neonatis volvuli inveniuntur, quorum specimina praebent Clar. Ludwig ^{a)}, Beireis & Neumeister ^{b)}. Fere omnes auctores, quos perlegi ac iamjam citavi, in eo convenienter caussam volvuli esse spasmoidam intestini suscepti coartationem & ni semper, certe plerisque praeter naturalem partis intussusceptionis extensionem, Quaecunque ergo quandam intestinorum partem chemico vel mechanico irritamento ad contractions spasmoidicas excitant, ea sunt caussae volvuli remotae; nec minus ea omnia, quae alias intestinorum partem dilatant, v. gr. aucta faecum copia, flatus accumula-

d) Tab. I. Fig. 1.

e) Tab. I. Fig. 2.

f) Tab. I. Fig. 3.

g) Neues Archiv der praef. Arzneyk. für Aerzte,

Wundärzte und Apotheker, herausgegeben v.
Hrn. D. U. P. Meckel, I Bd. p. XVII. u. ff.

h) Tab. II.

i) Tab. III.

j) l. c. p. XXI.

k) Elem. physiolog. T. VII. p. 94 & seqq. Diff.
ad morbor. histop. pertinent. Tom. III. 349. 363.

Diff. anatom. T. I. p. 483 & seqq.

m) Observat. anatomo chirurg. XCII. p. 85.

n) Pathologia cerebri. cap. VIII. p. 107.

o) l. c. Epit. XXXIV. n. 32. 33.

p) Semelcretum. T. II. p. 226 & seqq.

q) l. c. Rom I. p. 97.

r) Neue Beyträge zur Natur- und Arzneywissen-
schaft. B. I. p. 33 - 35.

s) l. c. T. I. p. 144 &c.

t) Auswahl aus d. Tagebüch. des Friedrichshospit.

&c. T. II. p. 108.

u) Obseruat. on some of the diseases of the parts
of the human body &c. Lond 1762, p. 115. ubi
intussusceptione describitur coeci & partis ilei
in colon quad a mesenterio separatum in pel-
vum descendat.

w) Tractat. de Glandul. intestinorum.

x) Dec. II. ann. VIII. Obs. 18.

y) l. c. p. 82.

z) Medic chirurg. Beobacht. i Samml. Vid.
Richters chirurg. Bibliothek. VI. Band. p. 315.

a) Oskina Diff. de morbis recens natorum chirur-
gicos. Lips 1773.

b) Diff. de intestinis se intussusceptionibus &
rarissima hujus morbi congeniti descriptione.
Heimst. 1767.

ti &c. Quae cum ita sint, hanc dubitandum esse puto, quin Ileus ipse saepius sit causa volvuli, quo tunc morbus primarius angetur ac pertinacior sit. Ileus enim saepius a spastica causa provenit, adeoque, uti sectio cadaverum probat, intestinis coarctadis ansam praebet; nec minus frequens est, intestini cuiusdam dilatatio satis magna vel ab excrementis, vel a flatibus retentis. Quibus si addamus, vehementem eam abdominalis in ileo concussionem, motumque intestinalium, non video, cur volvulus non possit esse Ilei sequela, quamvis nec observationibus nec cadaverum sectionibus haec sententia probari potest, cum volvuli signa, uti mox ostendam, sint incerta.

Certi vero experientiae confirmati sunt casus, ubi in cadaverum sectionibus volvuli fuerunt inventi, quamvis aegrotus sine omnibus Ilei symptomatibus mortuus sit: Talis casus exstat in Memoires de l' Academie royale des Sciences de Paris ^{c)}. Etiam Alex. Monroe senior ^{d)} exhibet casus quosdam intusinsceptionum, ubi excrementorum transitus non fuit totus impeditus. Nec minus Cl. de Haen ^{e)} exemplum adducit hominis tetano mortui, qui per totum morbi decursum alvum depositus, & omnibus Ilei affectibus carnit, quamvis in sectione volvulus inveniretur. Similem casum narrat quoque Cl. Selle ^{f)} puerperae, in cuius cadavere duo reperiabantur volvuli in ileo, quamvis nulla adfuerint Ilei signa. Idem ^{g)} exhibet hominis casum chorea St. Viti sine ulla Ilei symptomatibus mortui, quo secto decem reperiabantur volvuli in tenuibus intestinalibus. Utique horum virorum recte, uti mihi videtur, autumant, tales intusinspections praefertim si parvi facilesque explicatu sint, saepe haud longe ante mortem a convulsionibus vehementibus, quae in his certe casibus adfuerint, oriri. At non semper res ita se habet: interdum enim diu ante mortem volvulus oritur, quod probat ejus magnitudo firmaque intestinalium invaginatorum cohaerentia; nec Ileus inde provenit. Cui sententiae quoque Cl. de Haen ^{h)} assentitur, dicens: „Absconam non judico eorum sententiam esse, qui inveteratas ejusmodi indissolubilesque intusinspections salva vita tolerari posse credant, licet semper causae proegumenae sint iliaci morbi.“ Veritatem hujus sententiae clarissima luce demonstrat casus illi Clariss. Meckel ⁱ⁾, ita ut superfluum esset alia adducere exempla: quare quoque ex hujus morbi historia ea excerpam, quae assertum meum probant. „Virgo 60 annorum jam dudum arthritica summo gradu, bieno fere ante mortem hydrope sanata, postea pernici diuturnaque laboravit diarrhoea, quae nullis fere remedii cessavit; haec diarrhoea fuit tenesmo conjuncta, qui semel ex anno cum doloribus colicis expresserat tumorem fuscum, magnitudine pomii borsdorffiani ^{k)}, stylo diametri 4^{1/4} instructum, quem Clar. Meckel vocatus non sine labore represserat, simul consilium dans, ut, quoties alvum deponeret, a nixu, quantum possit, „sibi

c) De l'année 1744. p. 15.

d) Essays and observat. physical and literary.

Tom II p. 392 & seqq.

e) In Tom. X. p. 116 & seqq

f) Neue Beytr. zur Natur- u. Arzneyw, Band I.

p. 34 & 35,

g) Med. clinica. Ed. IV. p. 483 & 484.

h) I. c.

i) Tab. I. Fig. 3. qui pluribus descriptus est
1. f. c.

k) Fig. 3. D.

ibí caveret, ac digitis tumori exituro resisteret. Quae cum aegra fecit, per annum integrum bona fruebatur sanitate, donec alvi obstructione pertinaci per decem dies afficeretur, qua, cum omnia remedia vana essent, mortua est. Die sequenti cadavere sedeo praeter aërem in abdomine foetentem, ac tentem purulentum liquorem pessimi odoris inveniebantur intestina tenuia ter ampliora quam naturali statu, ac, uti & reliqua viscera, lympha coagulata membranisque purulentis obtecta & inter se coalita: intestinum coecum summum in modum fuit dilatatum, variaque habuit foramina, quibus excrementa tenuia, flava, foetentia in abdomen effluxerant: coecum ac colon dextrum fuit adeo putredine dissolutum, ut facilissimo tactu rumperetur; portio coli transversi sinistra cum toto colo descendente fuit molle, tumidum, inflamatum: recto per longitudinem discesso tumor supra dictus fuit inventus, duas palmas ab orificio ani distans, liber in tota sua peripheria, ac stylo firmatus in coli parte intra rectum dependente: in transverso colo descendente¹⁾ erat suscepta coli transversi pars plus quam 15ⁱⁱ longa^m), inversaque, ac tumor adhaesit flexurae coli sinistre. In hoc cadavere fuit adhuc memorata digna vesica fellea, limpido, salino liquore distenta: calculus fuit eo in loco, ubi ductus cysticus hepatico jungitur.

Ex his apparet, virginem hanc per integrum annum bona sanitate fruitam esse nihil obstante hoc volvulo magno; hunc vero incremente tumore ejusque stilo caussam obstructionis alvinæ lethalis fuisse.

Tandem quaeritur, quænam sint volvuli praesentis signa, imprimis si caussa Ilei sit? Clarissimi in arte nostra viri, mi Col. Zwingor, Galleskyⁿ, Richter, Selle^o, Sauvages P) aliique multi fatentur, volvulum homine vivo vix umquam certo posse cognosci; attamen quaedam adducunt signa, quæ volvuli praesentiam verisimilem redunt, in quibus sunt haec:

a. Absentia signorum alius jam enumeratas caussæ vel adhuc laudandæ.

b. Cl. Kuhnii^q) signum esse putat, si nec purgans, nec elysma, nec ultiū aliud medicamentum opem fert. At autor mihi videtur haec scribens oblitus esse scirri, stranguilationis, coalitionis intestinorum aliarumque caussarum haud minus medicamentis resistentium.

c. Idem^r) dicit, prudentem medicum volvulum conjectare posse, si adsunt flatus fortiores & vomitus chylous vel stercoreus. Ejusdem fere sententiae est Gallesky^s) dicens, adesse in volvuli sede fortiorē inflationem cum motu sensibili.

d. Dolor

1) Fig. 3. C.

m) F. g. 2. D.

n) I. c. p. 46.

o) M. die clinica p. 483;

p) I. c. T. III. p. 120.

q) Diff. de Ileo. Vid. Halleri Diff. ad morborum historiam pertinent. T. III. p. 300.

r) I. c. p. 355.

s) I. c. p. 56.

d. Dolor vehementissimus fixus, continuus ^{c)}). Nonne vero hoc symptoma est signum ambiguum? Nonne idem adest quoque in strangulatione intestinorum?

e. *Velse* ^{v)} dicit, initio intussusceptionis adesse frequentem dejiciendi cupiditatem, creberrimos cum summa molestia nifus, sed aut irritos, aut interdum dilutam, & eruentam, at parcam deponentes materiam; deinde vero alvum prorsus constipatam esse. Ipse cum hanc llei caussam nunquam observavi, decernere haud possum, num certum hoc sit signum, annon?

Alia certiora volvuli signa haud inventi. Quodsi autem verisimile est, volvulum adesse, facilior videtur diagnosis intestini, in quo is sit: hoc enim ex sola situs intestinorum cognitione intelligitur. Attamen hic in memoria tenendum est, quoties situs ille differat: ita ut ne hoc quidem certo possit dici.

Quae cum ita sint, facile, ut puto, appareat, gastrotomiam propositam in lleo, sive ab hac caussa, sive strangulatione intestinorum ortus sit, remedium esse anceps, nec facile adhibendum, quamvis nonnulla felicis eventus exempla exstant, ut apud *Bonnetum* ^{w)} istud Illustr. Baronissae a Lanti, cui juvenis chirurgus, cum caeteri medici eam sine omni salutis spe relinquerent, fausto cum eventu hanc operationem fecit. Aliud ejusdem eventus exemplum, cuius auctor fuit *Nuckius*, narrat *Velse* ^{x)}. At cum cogitamus, hanc operationem certe haud levem esse, eam vix alia caussa praesente proficer, ac plerumque aegros jam desperatos sumnumque in gradum debilitatis eam concedere, vix credo, eam multam a medico rationali attentionem mereri. Aliter quidem res se habebit, si nobis continget, certa harum caussarum signa noscere,

Prognosis hujus speciei mala est, cum caussa non sit certo cognoscenda, eaque cognita vix tollenda, nisi gastrotomia, quae vero periculi plena est. Si volvulus sit per aescensum, tunc forsitan mercurius vivus, vix vero ullum aliud metallum, opem ferre posset: in contrario vero casu malum augebit: & quis signa seit, quibus hic illeque volvulus diagnosticatur? Medicus igitur rationalis vix eam adhibebit. Ipsò vomitu volvulus praefertim prior antgetur. Magnum adest periculum, ne inflammatio subitaque gangraena intussuscepti intestini oriatur.

§. 14.

f. Imperforatio ani. Plura exstant exempla neonatorum cum ano imperforato, quae inveniuntur apud Cl. Bonnet ^{y)}, Lieutaud ^{z)}, Bell ^{a)}, Pappendorf ^{b)}, Petit ^{c)}, Sauvad-

t) Cl. Galleky I. c.

u) Diss. I. c. p. 12. §. 22. n. 3.

w) I. c. p. 228.

x) I. c. p. 29. §. 49.

y) I. c. Tom. II. p. 199 & seqq.

z) I. c. T. I. p. 155.

a) Lehrbegriff der Wundarzneykunst. Tom. II. p. 285 & seqq.

b) Abhandlung von der angebohrn. Vereschließf. des Afters bey Kindern. A. d. Lat. Leipzig, 1783. Vid. Richters chirurg. Bibl. VI. Bd. p. 282.

c) Memoire de l' acad. royale de Chirurgie. T. I. p. 277 - 288.

Sauvages^{d)}, qui exemplum affert virginis neque ano neque genitalibus externis instructae, quae tamen bene se habuit, formosaque fuit: a decimo quarto aetatis anno ea quovis secundo aut tertio die dolore circa umbilicum & vomitu facilius afficiebatur, urinaque quotidie saepius e mammis guttatum effluxit. Memorabilem quoque observationem hoc pertinentem narrat *Littre*^{e)} infantis sexto die mortui, cuius rectum in duas partes erat divisum, cohaerentes parvis aliquot fibris, earum qualibet separatis ita occlusa, ut nulla possent dejici excrements. Nullus, qui excretionis alvinae necessitatem fecit, non intelliget, quanta quamque variis mala ex ano imperforato, nisi primo a partu die ei medemur, oriri debeant; quantum itaque obstetricis sit officium, ut ad hanc, uti omnes alias corporis partes respiciat, an sanas sint nec ne. Longior vero hujus morbi per tractatio mei non est: ea inventitur apud Cl. Bell, *Pappendorf* alias. Hoc tantum annotabo, anum imperforatum non unius generis esse, sed multuplicis. Cl. *Pappendorf* novem species distinguit:

- a. Cum anus sollemnmodo valde coarctatus est.
- b. Anus externe est naturalis, intestinum autem rectum majori vel minori ab ano distantia est membrana vel tenuiori vel crassiori occlusum.
- c. Orificium ani tunica clausum,
- d. Integer orificii ani defectus, cum cutis externa non in anum prolongatur, sed cum externe penitus claudit.
- e. Intestinum rectum in vesicam urinariam vel urethram^{f)} finitum,
- f. Idem in vaginam uteri^{g)} finitum.
- g. Ubi rectum male formatum cum partibus propinquis coalitum est, aut in sacrum coecum abit,
- h. Defectus totius intestini recti cum colo in saccum clausum finito^{h)},
- i. Idem defectus cum intestinorum apertura in quadam abdominis parte v. gr. in umbilico.

Diagnosis hujus caussae haud adeo difficultis est: vix unquam ea occurrit nisi in neonatis: hic vero requiritur accurata inspectio & exploratio intestini recti & genitalium, simulque medicus quaerere debet, an infans nunquam post partum deposituerit alvum.

Prognos-

d) I. c. T. III. p. 112.

e) Histoire de l'acad. royal. des Scienc. de Paris de l'année 1710. p. 47.

f) I. c. de l'année 1752. p. 113.

g) I. c. de l'année 1719. p. 52.

h) Medical essays and observations. Second edit. T. IV. p. 442.

Prognosis variat pro varia ani imperforati specie: semper autem medicus initio arcessendus est, si insans servari debet. Quodsi species b, c, d, g, h adsumt, citius insans moritur, quam in reliquis. Aliae species curato faciliore sunt, uti a, e & b, si in ultimo casu tunica claudens haud procul ab ani orificio absit: in aliis major medelae difficultas adest, uti in d, e: aliae vix unquam sanantur uti g, h. Et plerisque his ani imperforati generibus, nisi eis cito medemur, oritur alvi obstruatio cum tumore abdominis, quarto vel quinto die accedit vomitus, tandem stercoreus, animi deliquia, convulsiones, & plerumque septimo vel octavo die mors. Rarissima sunt melioris eventus exempla, qualia supra adduxi. Si vero casus sub e, f, i, descripti adsumt, longiori, quamvis molesta vita aegri saepe fruuntur.

§. 15.

g. Varii tumores ac excrecentiae in intestinis. Quando in cavitate intestinalium varii oriuntur tumores vel lymphatosi¹⁾, vel steatomatosi vel aliis generis, qualia multa exempla Cl. *Lieutaud*²⁾ exhibet, vel quando intestinalium tunicae callosae¹⁾, scirrhosae³⁾ tumidae sunt, vel eorum lumen fibris membranaceis obtigitur, unde intestina coalita vindentur; facile patet, haec vitia, si ex parte tantum intestinalium cavitatem occludunt, alvum tardam, raram efficere; ancta vero ac tanta, ut totum intestinalium lumen occupent, obstopationem alvi insuperabilem cum vomitu ingestorum efficere, quod demonstrant plures *Lieutaudii* casus. Tales tumores dantur in omnibus intestinalibus; attamen plura inveni exempla in crassis. Nec desunt exempla infantum cum his tumoribus natum, quale habet *Lieutaud*⁴⁾ ex Miscellaneis Academias Naturae Curiosorum, ubi in puellae 25 dierum cadavere, quae a partu alvum siccum habuit, reperiebant intestina excrementis infasta, cum quadam farcomate circa ilei sinum, a quo hic tubus plane obturabatur; colon fuit tenue & angustissimum. Cl. *Ruyfch*⁵⁾ invenit intestinum rectum ita incrassatum, ut pollicis crassitudinem fere superaret, ita induratum, ut haeret, an carnosa, an cartilaginea sit substantia, & ita angustum, ut cavitas straminis latitudinem vix superaret. Cl. *van Swieten*⁶⁾ adducit exemplum nobilis pueri, in cuius cadavere scirrus in intestino iteo, prope ab infectione in colon inveniebatur. Huc pertinet quoque exemplum a Cl. *Littre*⁷⁾ narratum, ubi glandulae jejunii ac ilei ita erant induratae ac mole anæstae, ut fere nullus transitus a superioribus ad inferiora esset. Cl. *Dianneyere*⁸⁾ exemplum narrat ilei periodici, a tumore fungoso & tandem sphacelato in

¹⁾ Tab IV. Fig 1. fistis lymphomatis in ventriculo exemplum a Clas Meckel mihi communicatum.
Tab III. Fig. 3.

²⁾ I. c. Tom. I. p. 117 & seqq. 15 & seqq.

³⁾ Histoire de l'acad. royal de Medec de l'année 1777 & 78. p. 214 & seqq. ubi non solum tensio intestinalis & coarctata erant, verum oesophagus quoque ac cardia, cum pylorus lanus fuit.

⁴⁾ Freiesl Diff. de peritonacissima alvi obstruione ab anguitia & callositate intestinali recti orta,

iconibus illustrata. Halae 1788. & Tab. IV. Fig. 2, tale exemplum ostendit ex Cel. Meckeli musaeo illustrissimo desumum.

⁵⁾ I. c. p. 120. obs. 301.

⁶⁾ Observat anatom. chirurg. Obs. 95 & 96.

⁷⁾ I. c. Tom. I. c. 486. T. III. p. 183
⁸⁾ Histoire de l'acad. royal des sciences de l'année 1703. p. 51.

⁹⁾ Commentar. de rebus in scientia naturali & medica gentis, Lipf. Tom. VI. p. 99.

in fine coli ac initio recti. Huc pertinet casus Ilei orti a valvula coli prouersus clausa, ita ut nihil transire posset, cum intestino ibi degenerato in duram massam ¹⁾.

Signa horum tumorum sunt ponderis sensus in eo loco, si maiores sint, alius tarda vel prouersus obstruenda; interdum appetitus ciborum sanus est, at quovis secundo aut tertio die accedit anxietas, abdominis impletio supra scirrhī locum, & vomitus ingestaū cum magno levamine. Quae quidem signa haud characteristicā nec certa sunt: at si praecesserit intestinorum inflammatiō, nec solutione, nec suppuratione, nec gangraena finita, si ea diu continuat, sensim quidem levata, sed interdum recrudescens, praeſertim affluitis crassioribus cibis, tunc diagnosis eo certior fit. Hi tumores nisi maximi sunt, externo tactu vix certo sentiuntur.

Admodum mala hujus Ilei prognosis est, cum cauſa, quamvis cognita, rarissime, si unquam tollitur. Si Ilei symptomata pro tempore sanantur, semper periculum est, ne amicta redeant. Quodsi tumores sint scirrhoſi, eo pejor est aegri status, cum timendum est, ne abeant in cancerum, qualia exempla habet Cl. Lieutaud ²⁾; qui tum pessimus est aegri status, nullis medicamentis tollendus. Huc pertinet exemplum a Cl. Meckel ³⁾ mihi communicatum.

§. 16.

IV. Quarta cauſarum Ilei species complectitur intestinorum compressionem a parte quadam extra intestina jacente. Cauſae huc referendae nimis differunt, quam ut in genere aliquid de hac Ilei specie dici possit: quare singulas has cauſas statim enarrabo, e quibus sunt:

a) Herniae, praeſertim intestinales. Herniam in genere dico secundum Clar. Richter ⁴⁾ & Callisen ⁵⁾ egressum partis cuiusdam mollis in cavo notabiliori contentae, in aliud cavum Praeter naturam exortum, exrus haud patulum. Bellii ⁶⁾ definitio nimis lata mihi videtur, cum ait, herniam dici posse quemcunq; tumorem inde ortum, quod quaedam partes e situ eo depelluntur, quo naturali in statu contentae sunt. At hac definitio quaedam partis e situ eo depelluntur, quo naturali in statu contentae sunt. At hac definitio quaedam partis e situ eo depelluntur, quo naturali in statu contentae sunt. At hac definitio vel incarcerata, vel non. Incarcerata est ea, ubi intestina in hernia contenta vel in collo facie hernioſi vel in alio quovis herniae loco, ab annulo abdominali vel alia quadam parte fasciae instar conſtriguntur. Haec incarceratio, uti jure Cl. Richter ⁷⁾ distinguit, triplicis generis est: vel inflammatoria, ubi inflammatiō partium incarceratarum, febris & dolor statim ab initio praecipua sunt symptomata: vel spastica, ubi omnia symptomata spasticae sunt indolis, quod praeſertim inde appetet, quod nulla vel pauca certe adsunt

¹⁾ Medical Essays and Observations. Vol. IV., p. 441 & seqq.

²⁾ I. c.

³⁾ Tab. IV. Fig. 2.

⁴⁾ Abhandl. von den Brüchen. Götting. 1785. p. 2.

⁵⁾ Principia systematis chirurgiae hodiernae, Hafn. 1790. Tom. II. p. 384.

⁶⁾ Lehrbuch der Wundärzneykunst. Th. I. p. 202.

⁷⁾ I. c. p. 120-125.

ad sunt inflammationis vel faecum congestarum symptomata, & remedia antispasmodica sola profunt: vel lenta a copia excrementorum in parte intestinorum herniofa congestarum: quae posterior plerumque vel unice fere observatur in herniis antiquis, magnis, saepius jam prolapsis repulsisque, vel e longo temporis spatio semper procumbentibus. Plura hac de re dicere, locus hic non est: quare provoco imprimis ad optimum illum *Richteri* tractatum de herniis.

Hernias incarceratas Ilei caussam esse posse, nullus dubitabit, qui scit, intestina in hernia contenta incarceratione ita comprimi, ut plane nihil a superioribus ad inferiora transire possit, nec vice versa: unde tunc jam toties laudata Ilei symptomata oriuntur. Nunc vero quaeritur:

1. An herniosis Ileo affectis, caussa semper in hernia ipsa sit quaerenda?
2. Quaenam sint signa herniam esse Ilei caussam?

Quod primam quaestione attinet, ea prorsus neganda mihi videtur. Haud' negare quidem audeo, herniam in genere forsan frequentissimam Ilei caussarum esse, ideoque in quovis homine Ieo laborante ante omnia, imprimis quando Ileus subito accesserit, inquirendum esse, an aeger herni laboret, quae nunc sit incarcerateda. Haec disquisitio eo magis necessaria est, quando medicus jam scit, aegrum esse herniosum: tunc enim admodum verisimile est, herniam esse incarceratedam indeque Ileum ortum. Quae vero hucusque dicta sunt, minime impediunt, quo minus herniosus quidam ex alia quoque caussa in Ileum cadere possit: nullam enim video caussam, quare in hernioso non omnes jam dictas Ilei caussae locum habere possint vel in parte intestinorum in situ naturali remanentium, vel in parte in sacco hernioso contenta. Quae cum sint experientia probata ²⁾, medicos prudentes & cautos reddant, ne, quotiescumque herniam Ieo conjunctam vident, illam hujus caussam esse autem. Vera enim diagnosis hic magni est momenti, cum in Ieo ex hernia incarcerateda orta, taxi non succedente, herniotomia est institienda, quae in contrario casu non solum inutilis sed interdum noxia erit. Duplex vero datur casus ubi hernia quamvis praesens, qua hernia, quaque incarceratedari potest, non est caussa Ilei.

a. Ubi in hernioso Ilei caussa sita est in intestinis e loco suo non remotis. Hoc in casu aeger queritur de abdominis, non de herniae doloribus: abdomen est durum, tumidum, tensum: hernia vero mollis plerumque facile reponenda: morbus oritur nullo nixu vehementi praegresso, vel alia virium magna intensione: morbi decursu hernia quidem dolet, dura, tensa sit, sed serius & minori gradu quam abdomen. Dixi herniam plerumque tantum reponi posse: quodsi enim hernia adnata est, ea non poterit reponi, quod vero antea quoque fieri haud potuit. Tales casus exhibet Cl. Pott ²⁾.

b. Ubi

²⁾ Richteri chirurg. Biblioth. Ed. III. p 585. ²⁾ Chirurgical observations relative to the cataract, the polypus of the nose &c. Vid. Richter. chir. Bibl. III. Bd. p. 589.

b. Ubi cauſa quaedam ex ſupra dictis vel adhuc laudandis locum habet in intestinis hernia contentis, quamvis hernia non ſi incarcerateda. Certe cauſa difficultimae diagnostis! Nam hernia Ilei ſedes, at minime ejus cauſa eſt, niſi forſan intestina inflammata paulatim intumefcant, indeque ſit incarceratedatio a contentis orta: tunc operatio prodeſſi potest. Si dolores praefertim in annulis abdominalis regione ſunt, tunc magna oritur ſuſpicio herniae incarceratedae, quod teſtatur Richter ^{a)}. Si vero annulus abdominalis tensus non eſt, dolor magis in hernia quam in annulo abdominali exiſtit, ſuſpicio audeſt, herniam ſedem tantum, nec cauſam Ilei eſſe. Porro reſpiciendum eſt ad morbi initium, cauſas praegeſſas, ut ait Cl. Richter ^{b)}.

Secunda, quam poſui, quaefio fuit, quaenam ſint ſigna, herniam Ilei cauſam eſſe? Quodſi hernia Ilei cauſa eſt, ea plerumque eſt incarcerateda. Incarcerationis vero ſymptoma fere perpetuum eſt Ileus, quod teſtantur Richter ^{c)}, Callifen ^{d)} aliique. Unde ſequitur ſigna Ilei ab hernia prodeuntis fere ſemper eadem eſſe, quae ſunt ſigna incarcerationis: puta, hernia anteā indolens incipit dolere; dolores primi adiungit in loco incarcerationis, qui plerumque eſt annulus abdominalis, unde propagantur ad reliquam herniae partem, tandemque usque ad abdomen: ei augentur tactu niſi que omnis generis: hernia tenſa, tumida fit ut & abdomen in decurſu morbi: accedit alvi obſtruſio, quae quamdiu faeces in intestinis infra herniam ſitii adiungit, clyſmatibus vincitur, poſtea vero nullis cedit remedii. Mox vomititiones, vomitus ciborum, bilis & poſtea materiae ſtercoracae invadunt, & verus oritur Ileus. Quae ſymptoma, niſi mature iis proſpicitur, celeriter augentur concomitante febre, ac inflammatione intestinalium, quae cito abit in gangraenam ^{e)}.

At, uti paulo ante dixi, hernia, quando eſt Ilei cauſa, non ſemper incarcerateda eſt: Hernia enim ſubito orta eadem quoque ſymptomata excitare potest, quae incarcerationis, puta vomitum, dolores colicos, obſtructionem alvinam; quod optimè forſan cum Richtero ^{f)} inde explicatur, quia viſcera, in abdomen remanentia, intestinis in herniam delapsis, trahuntur adeoque irritantur. Idem quoque fit in herniis magnis, quando aeger diu in ſitu ereſto remanet. Quae hucuſque dixi, non ſolum de herniis inguinalibus, ſcrotalibus, cruralibus, umbilicalibus, quae ſunt frequentissimae, ſed de omnibus aliis herniis abdominalibus, de gastrocole ^{g)} &c. valent; quae vero omnia in illo Richteri tractatu ſunt expliſata.

Quoad prognofin hicce Ileus minus periculofus eſt quam multi alti. Quodſi hernia incarcerateda audeſt, periculum diſſert pro varia incarcerationis natura. Incarceratio tenta a faciebus congeſtis orta minus timenda eſt, quam incarceratedia ſpasticā, & haec minus

^{a)} l. c. p. 528.

^{b)} Abhandl. von den Brüchen. p. 166.

^{c)} l. c. p. 97.

^{d)} l. c. Tom. II. p. 399.

^{e)} Richter l. c. p. 98.

^{f)} l. c. p. 101.

^{g)} Memoires de l' Acad. royal. de chirurg. Tom. I. p. 702 - 707. ubi Cl. Garengeot inter alia herniarum exempla duo aſert gastrocole Ileus junctae.

minus quam inflammatoria, quae celeriter in gangraenam abire solet. In duabus prioribus speciebus periculum maxime dependet a minante vel jam orta inflammatione ac gangraena, quae igitur summopere sunt avertenda. Hernia jam gangraenosa plerunque mortem afferit; attamen exempla dantur hominum ex hoc statu restitutorum ^{h)}.

§. 17.

B. Strangulatio intestinorum. Haec causa varia est, uti praesertim eluet' e Cl. Meyeri dissertatione inaugurali ⁱ⁾, in qua satis luculenter hac de re agitur. Hicce auctor sub isto nomine omnes causas adducit, quae intestina in abdomine constringere ac comprimere possunt. Ego vero de intestinorum strangulatione loquens, eos tantum casus intelligo, in quibus intestina fascia vel ligamento praeternaturali adstringuntur, eorumque diameter ocluditur. Huc pertinet casus ille, quem Marteau & Bourgeois ^{k)} narrant, ubi in cadavere foeminae ileo existinæ, inveniebatur appendicula vermiformis cum peritonaei proxima parte concreta, quae fasciam formabat jejunum constringentem. Similem casum narrat III. *Monro* ^{l)}. Huc pertinet quoque *Kloekhoffi* ^{m)} casus, ubi Ileus natus erat a ligamento, quod appendiculae vermiformi annexum constringebat coecum. Huc attinet exemplum Ilei lethalis, quod describit *Gartschore* ⁿ⁾, ubi omenti pars prope a loco, quo ileum coeco inferitur, cum mesenterio erat concreta, ibi ligamentum $2\frac{1}{2}$ " longum, variae crassitie, $2\frac{1}{2}$ " a coeci initio ortum adhaesit ileo ac laqueum firmiter ileum constringentem formavit. Huc numero casum Cl. de la Peyronie ^{o)}, ubi hernia, quae incarcerata fuerat, reposita, ileum fuit strangulatum ab omento cum peritonaeo concreto. Huc refero casum strangulationis intestini ilei internae, quam narrat van Doevers ^{p)}. Huc pertinet quoque casus ille *Moscati* ^{q)}, ubi ileum in duo brachia divisum erat, quorum alterum intestini ilei continuatio fuit, alterum mesenterio annexum laqueum formavit. Huc refero casum *Johnstoni* ^{r)} de obstructione alvi pertinaci, quam excitaverat pars superior recti ligamento praeternaturali constricta. Alii multi casus dantur, quos Cl. Meyer l.c. colligit.

Jam vero quaeritur, quomodo strangulations haec oriantur? Duo hic consideranda sunt, puta ortum harum fasciarum, & constrictiōnem iis peractam. Haec ligamenta quomodo oriantur, hanc difficile mihi videtur explicatu. Notum enim est semper in omnibus

^{h)} Memoires de l' Acad. royal. de Chirurg. Tom. II, p. 91. & seqq.

ⁱ⁾ De strangulationibus intestinorum in cavo abdominali. Argentor. 1776. quae translatā invenitur in Neuen Sammlung d. auserlesenk. und neuest Abhandl. F. Wundärzte XVI St. p. 143-218. ^{k)} Journal de medec. & chirurg. &c. par M. A. Roux. Tom XXXII. Vid. Richter. chirurg. Bibl. I. Bd. t. St. p. 99.

^{l)} Essays of a society in Edinbourg. Vol. II. p. 368. ^{m)} Gessner's Entdeckungen d. neuest. Zeiten in d. Arzneyg. Th. I. p. 91.

ⁿ⁾ Medic observations and inquir. &c. Vol. IV. Vid. Richter. l.c. I. Bd. 4 St. p. 35 & 36.

^{o)} Memoir. de l' Acad. royal. de Chirurg. T. I. p. 693. ubi tabula hanc casum repreäsentat.

^{p)} Specim. observ. academ. ad montror. histor. anatom. &c. speciat. Lugd. Bat. 1765. p. 76.

^{q)} Memoires de l' Acad. royal. de chirurg. T. III. p. 468. qui tabula exprefsis est.

^{r)} Medic. & philosophic. commentar. Vol. V. P. III. Vid. Richter. l.c. V. Ed. p. 282.

nes corporis cavitates exhalare ex arteriis liquidi aliquid, quod nisi resorbetur, crassum fit & varias partes connectit vel fibras format. Hacc est ratio, qua ligamenta oriri credo. Jure merito hae fasciae harum constrictiōnū cauſa p̄adispōens dicendā videntur: quaenam vero est cauſa occaſionalis? vel quid facit, ut intestina iis conſtrīgantur? Hujiſ phaenomeni ratio quaerenda mihi videtur in motu intestinorum peristaltico, eorumque mouū passivo vel concuſſione, corpore vehementer moto, v. gr. equitando, saltando &c. Primum intestinorum motum ſupra jam demonstravi: posteriorem vero, qui in dubium vocant, adeant Bonnetum^{s)}, qui idem hoc declarat. Vehementibus his motibus intestina veruſ ligamentum tale acta eo conſtrīgantur, quo tum circuſatio humorum impedita, tum faecum tranſitus prohibitus eſt: quea paulatim morbum augent diametro tota abolita. Hae conſtrīctiones dupliſ generis ſunt ſecundum Meyer.

a. Vel enim eae, quas iſte hernias internas vocat, ſubito natae repente modo totam intestinorum diametrum comprimunt. Difficilis hic eſt diagnostiſ: At ſi hujus cauſae ſimilitudinem cum herniis externis, quae mihi non pro riuſ deesse videtur, reſpicimus, ſimilque obſervationes laudatas, aliasque bene multas inter ſe conferimus, probabile ſit, dolore ſubito ortum, ac initio loco quodam fixum poſtea vero ad totum abdomen extenſum cum caeteris Ilei ſympotmatibus hanc cauſam monſtrare, ſi abſit inflammationis ſigna: ſimilque non ſine magna probabilitate e primo doloris loco ad intestinum affectum concludi potest. In plurimiſ aliis Ilei cauſis dolor initio vagus, poſtea fixus eſt.

b. Vel intestina a ligamento jam diu ſunt recepta, at nondum conſtrīcta & strangulatio fit de num accidente cauſa occaſionali. Hic forſan, uti ex aliquot exempliſ apparere videtur, v. gr. ex Klockhofi ſupra citato, praeceunt per plures hebdomades dolores colici ſemper eodem in loco incipientes, qui vero vel flatibus vel faecibus durioribus ejectis definiunt, donec accidente hac vel illa cauſa, v. gr. majori excrementorum accumulatione, obſtructiōne alvi, vitio diaetae, Ileus oritur cum doloribus eodem in loco incipientibus ſemperque ibi ſummo gradu continuantibus. Probe ſeo ſigna hujus cauſae laudata non certa eſſe, ſed tantum probabilita. At meliora haud inveni.

Quoad prognofin idem hac de cauſa fere valet, quod de Ileo hernioſo: in genere tamen periculofior eſt hic Ileus, cum cauſae diagnosis ſit diſſicilior, eaque cognita non ita facile operatione chirurgica tolli poſſit quam hernia.

§. 18.

y. Variarum partium intestinis adjacentium tumores, qui ea penitus comprimunt. Omnia fere corporis viscera in enorimes variij generis tumores, in hydatides, lipomata, farcomata, ſteatomata &c. degenerare poſſe, multa cadaverum ſectiones ostendunt, e quibus pauca tantum exempla adducam. Cl. de Haen^{t)} deſcribit eventum hydatidis enor- mis

^{s)} I. c. T II. Lib III. Sect XIV. obf. 20. § 89. ^{t)} I. c. Tom. VII. p. 112 & ſeqq. quam morbi historian jam Tom. V. Cap. 2. §. 4. inchoaverat.

mis a tuba falloppiana ovarioque dextro ortae, quae e multis minoribus hydatibus conjuncta saepius ileum pluries sublatum, tandem vero in mortem abeuntem excitavit. Idem ^{a)}) narrat historiam hydatidis magnae peritonaei, quae plena ichore, muco & puriformi quadam materia, ex inguine continuata per sinistram pelvis partem, rectum inter ac vesicam teste interposuit. Kerckring ^{w)} adducit exemplum Ilei a scirrhoso pancreate, ponderis unciarum quaduodecim, colon premente orti. Sic Hippol. Bosius ^{x)} narrat Ilei casum a mola tubali, rectum premente, orti. Cl. Riolanus ^{y)} ileum a mesenterii tumore ortum describit. Similem casum refert Cl. Sauvages ^{z)}. Quarín ^{a)} describit ileum ab ovarii tumore ortum. Qui plura hujusmodi exempla legere cupit, audeat Cl. Lieutaud, Morgagni, Bonnet ^{b)}, &c.

Haec causa Ileum chronicum excitat, paulatim ortum, at vix superabilem. Plenrumque diagnosis haud adeo difficilis est, cum plerique tales tumores externe tactu possunt percipi aegriquo eo in loco, ubi tumor hic existit, pondus quoddam sentiunt; saepissime quoque tales aegri sunt cachectici; functiones visceris ita corrupti laesae sunt. Interdum ex his causis oritur vomitus habitualis, ita ut aegri, quovis secundo aut tertio die ingesta cum magnis anxietatibus evomant, quo tunc levantur ^{c)}.

Pessimi omnis hic Ileus est, ac de eo idem valet, quod de Ilio ex intestinorum excrescentiis orto supra dixi.

§. 19.

y). Situs uteri mutatus praesertim ejus retroversio seu hysteroloxia posterior, ubi scilicet uteri fundus os sacrum respicit, cum orificio versus anteriora situm est. Tres hujus morbi gradus Cl. Callijen ^{d)} distinguuntur, quorum prior est, si retrorversio adeo parva est, ut vix illa symptomata gravia efficiat: secundus, ubi os uteri pubem respicit: tertius vero, ubi utero inter vaginam & rectum reclinato, orificio uteri supra pubis symphysis in haeret. In secundo, praesertim vero tertio gardu symptomata communia prater alia sunt retentio faecum- & urinae, unde magna vesicae urinariae extensio, ita ut interdum rumpatur, anorexia, anxietas, vomitus, abdomen extensum, dolens. Haec uteri retrorversio oritur praesertim tertio, rarius quarto graviditatis mense. Facile ea dignoscitur exploratione interna per uteri vaginam & intestinum rectum. Fusiorem de hac re tractatum Cl. Hunter ^{e)} edidit, qui primus ad hunc uteri situm perversum attentus fuit.

Causa haec si iusto tempore cognoscitur, non magnum adest periculum, cum ea facile tolli potest. Quod si vero ea diutius latet, inflammatio oritur, a cuius gradu exitu tunc periculum dependet,

§. 20.

^{a)} I. c. p. 138.

^{b)} Obs. anatom. Lib. II.

^{w)} De facultate anorum. Lib. II. p. 23.

^{x)} Method. medend. Sect. III. Tract. I. Cap. de ileo.

^{y)} I. c. Tom. III. p. 10.

^{z)} Methodi medendi inflammata. p. 184.

^{b)} In libris saepius iam citatis.

^{c)} Meyeri Diff. I. c. in Neuen Samml. f. Wundärzte. XVI. St. p. 182 & 183.

^{d)} I. c. Tom. II. §. 758.

^{e)} Medicin. und chirurg. Beobacht. überf. von Kühn. Leipzig.

§. 20.

§. Calculi vesicae magni. Hujus caussae exemplum adducit *Tulpinus* f), ubi a magis duobus vesicae calculis rectum ita fuit compressum, ut nulla possent transire excreta, ac adolescens Ileo moriretur. Diagnosis facilis est tunc ex mingendi difficultibus inde ante Ileum ortis, tunc exploratione cathetere instituta. Pessimi omnis hic Ileus est; nulla medendi via restat, nisi lithotomia, qua caussa tollitur; quae vero operatio dubii est exitus.

Caput V.

Prognosis.

§. I.

Emineratis jam ac quantum pro viribus meis potui, explicatis Ilei caussis, pauca adhuc de ejus prognosi addam. In omni morbo is, qui prognosin facere vult, ad plura attendere debet, scilicet;

1. ad ipsam morbi naturam in genere ejusque vehementiam;
2. ad caussam morbi dato casu praesentem,
3. ad omnia, quae aegroti constitutionem attinent,
4. ad morbi complicationem,
5. ad constitutionem epidemicam.

Ad haec igitur momenta in Ilei prognosi quoque est respiciendum.

1. Quod primum attinet, inter omnēs auctores constat, Ileum esse morbum valde periculosum, quod quivis facile intelligit, qui parum modo attendit ad ejus symptomata scilicet ad pertinacem alvi obstructionem, vomitum vix coercendum, dolores vehementissimos, quae omnia facile inflammationem inducent, cum ejus sequelis, praesertim gangraena. Quo vehementiora sunt Ilei symptomata, eo facilius accedit inflammatio ad modum gravis, ad gangraenam vergens. Inflammatio haec praecipuum est momentum, ad quod medicus respiciat, quamque summis viribus prohibeat.

Gangraena si ex inflammatione oritur, plerisque in casibus mortem afferit: attamen exempla aegrorum restitutorum dantur quamvis jam adfuerit gangraena. Talem casum narrat Cl. *Burel* g), ubi omnia gangraenae signa affuerunt, aegerque cortice peruviano fuit servatus. Plura hujuscemodi exempla Cl. *Hevin* h) collegit. Non possum hic silentio praeterire signum aliquod gangraenae, puta, subitam dolorum cessationem sine resolutione inflammationis. Verum quidem mihi videtur, si dolores partes inflammatae subito

f) Observar. Lib. III. cap. 2.

g) Journal de medec. Tom. XXXII. p. 140.

h) Memoir. de l' academ. de Chirurg. Tom. XI.
obf. 1, 2, 3.

subito aut penitus, aut maxima ex parte cessant sine resolutionis signis, hoc cum aliis certum gangraenae signum esse. An vero inversa haec sententia semper quoque valeat, ut scilicet gangraena orta semper cessent dolores? Vix credo: unum certe adducit Cl. *Morgagni*¹⁾, quod demonstrat, gangraena quamvis orta dolores interdum continuare: adolescens enim Ileo mortuus ob immane dolorum tormentum ultimas quindecim vitae horas vehementer clamavit. Atamen cadavere facta intestina plurima gangraenosa, nigerrima erant inventa. Nec difficultis est hujus phænomeni explicatio: potest enim dolor provenire ab alia parte adhuc inflammatum, ab acri quodam, a vermis alijs intestinorum partem irritantibus. Gangraena orta interdum in loco abdominis quodam oriuntur tumores sensim fluctuantes quibus apertis effluit magna sanie excrementorum copia. Qui si secundum artis leges curantur, interdum salutare habent eventum, ut exemplum Cl. *Aepetri*²⁾, Brüning³⁾ narrat.

Quod si animi deliquia, anxietas magna, singultus, tremor artuum accedunt, mali ominis est. Si vomiti facies & excrements similia ejiciuntur, pessimi hoc est ominis. Plerique veterum auctorum crediderunt, tunc neminem servari: at his contradicit inter multis alias Cl. *Sauvagesii*⁴⁾ experientia. Si aeger motum mitem levemque cum parvo intestinorum murmure sentit, boni ominis est⁵⁾: indicat, intestinorum spasmus minui, ac cum iis obstructionem; simul quoque dolores minus vehementes fieri solent. Si morbus vix sanatus aliquo aegri vitio redit, parum spei lucet; morbus fere semper multo vehementior aegrum aggreditur.

§. 3.

2. Quod ad morbi caussas pertinet, de iis locutus sum agens de singulis caussis.

3. Nec minus aegroti constitutio est attendenda. Infantes si hoc morbo cōripiuntur, plerumque sinister est exitus: idem valet de senibus. Si homines jama antea alijs morbis fuerint debilitati, magis imminet periculum, quam si robusti sunt, quando eo afficiuntur homines sensibiles, irritabiles, sexus sequior Ileo laborantes in majori periculo verantur, quam alijs.

§. 4.

4. Morbi complicati in genere magis periculosi sunt morbis simplicibus: ita etiam se habet cum Ileo. Si v. gr. herniosos quidam Ileo laborat, haec complicatio periculum auger: verendum enim est, ne summa hac abdominis concusione a vomitu, hernia prolapsa incarceratedetur, ac aeger ita dublici in periculo versetur. Sic Ileus stranguria conjunctus, pejoris est omnis, quam Ileus simplex sive stranguriae caussa particularis adsit, sive ea sit spasmatica, consensualis.

§. 5.

5. Quemadmodum tandem in omnes morbos constitutio epidemica magnum habet effectum, sic quoque is non decet in Ileo. Nequid dicam de Ileo bilioso epidemico, quem Cl. *Sims* deferit, id apparent quoque in alijs Ilei generibus. Si v. gr. genius epidemius est putridus, eo citius accendeat ad Ileum febre, ea erit putrida, inflammatio localis citius abibit in gangraenam. Si genius epidemius est inflammatorius, eo citius ad Ileum chronicum accedit inflammatio intestinorum e. s. p. Ita ut genii epidemici effectus non posse non intelligi.

Expli-

i) I. c. Epist. XXXV. n. 14. 23.

ii) *Gessners Entdeckungen &c.* II, Bd. I, Abtheil. p. 308.

1) Samml. auserlesn. Abhandl. z. Gebr. præf. Aerzte. III, Bd. p. 304 & seqq.

m) I. c. Tom. III. p. 111.

n) *Gallerky* I. c. §. 63.

Tab. III.



Tab. I.



Fig. 3.

Fig. 1.

Fig. 2.










Fig. 1.




Fig. 3.





Fig. 2.



A





Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.



Fig. 4.





Taf. II



Explicatio Tabularum.

Tabula I.

Fig. 1.

Volvulus parvus intestini Coli transversi ex infante quadrienni cum annexo mesocolo & omento colico.

Fig. 2.

Volvulus intestini ilei duplex.

Fig. 3.

Volvulus magnus intestini coli transversi in colon descendens & rectum recepti reprezentatus tercia parte minor quam in statu naturali.

- A. Pars coli transversi & flexus lienali.
- B. Constrictio coli transversi a colo descendente, quo intususcipitur.
- C. Colon descendens maxima ex parte apertum.
- D. Tumor lypomatofus stilo annexus coli parti.
- E. Introitus ad intestinum rectum.
- F. Orificium recti inferius.

Tabula II.

Volvulus magnus intestini ilei, & omnium crassorum intra intestinum rectum.

- A. Colon ascendens inversum ilei partem & coecum cum colo transverso includens.
- a. Ilei intestini finis s. Valvula Bauhini.
- b. Lumen intestinorum crassorum, Coli praefertim prope ingressum intestini ilei.
- B. Flexus coli iliacus apertus cum initio recti.
- C. Ventriculus.
- D. Duodenum.
- E. Ileum.
- F. Omentum.
- c. Pancreas.

Tabula III.

Fig. 1.

Convolutio partis intestini ilei cum volvulo ejusdem intestini in Colon ascendens suscepiti.

- A. Ilei magna pars ad coecum usque convoluta.

B. Coecum apertum.

C. Ileum inversum colo intususcipitum.

D. Colon ascendens apertum.

E. Appendicula vermiciformis.

a. Lumen ilei inversi.

b. Lumen appendiculae vermiciformis.

c. Valvula Bauhini.

Fig. 2.

A. A. Sectio circularis intestinis Crassi.

B. Lypoma stilo parieti interiori annexum.

Fig. 3.

Idem inversum & lypoma diflectum reperfata.

Tabula IV.

Fig. 1.

Lypoma ventriculi tunicis interpositum.

- A. Pars ventriculi dextra f. pylorica.
- B. B. Intestini duodenii pars transversa superior, perpendicularis & transversa inferior.
- C. Pancreas.
- D. Lypoma ventriculi tunicae musculari & vasculofae interpositum.
- a. Pylorus.
- b. peritoneum cum tunica musculosa.
- c. nerva & villosa Ventriculi.

Fig. 2.

Coarctatio summa feirrhoidea coli descendens.

- A. A. Colon apertum dilatatum.
- B. B. Inferior coli pars naturali magis arcta.
- C. Coli villosa, hic ob arctionem muscularae rugosa.
- a. Coli lumen summe angustatum.
- b. Limbus a rugis exulceratis formatus.

Fig. 3.

Ileum spasmodice contractum.

Fig. 4.

Colon coarctatum cum coeco.

A. A. Coecum.

a. Valvula Bauhini.

B. Pars coli naturalis resecta, pollicis citer longitudine.

C. C. Incipiens coli coarctatio.

Theses.

T H E S S.

I.

Hydatides non semper oriuntur a taenia hydatigena,

II.

Scrophulosum virus vix est virus venereum mutatum,

III.

Menstrua suppressa, non propter sanguinis acrimoniam antea iis excretam, nunc vero retentam, hysteriae causa sunt.

IV.

Metallorum usus in Ileo curando rarissime, si unquam, concedi potest.

V.

Vesicatoria in febribus putridis, uti alia excitantia jure adlibentur.

VI.

Nullum medicamentum, quod cortici peruviano omnibus in cassibus substitui possit,
scio.

halles, Diss., 1788-91



Sb.

vDn78

B.I.G.

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



ed. F. On. in 3857
doc. 917
1991
DE
PASSIONIS ILIACAE
PATHOLOGIA,
TABULIS AENEIS ILLUSTRATA.

SENSU FACULTATIS MEDICAE
ILLISTRIS ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
DISSERTATIONEM HANC INAUGURALEM
PRO GRADU MEDICINAE DOCTORIS
DIE XVIII JUNII MDCCXCI.

PUBLICO EXAMINI OFFERT

A U C T O R

D A V I D R A H N,

HELVETO - TURICENSIS.
MEMER. SOC. MED. ET CHIR. PER HELVET. CORRESPOND.

HALAE,

LITTERIS TRAMPIANIS.

